CHRONOLOGIA UNIVERSALIS

Ab origine Mundi

PER QVATVOR SVMMA IMPERIA, (QVAS MONARCHIAS APPELLANT,) ad præsens tempus compendiosè deducta,

CUM PRÆCIPUIS SYNCHRONISMIS Virorum Celebrium, Eventorum & Politiarum, seu Regnorum cæterorum,

Collata & accommodata

Ad Vaticinium Danielis Prophetæ cap. 2. & 7.

à

Reverendo & Excellentissimo viro

DN. CHRISTOPHORO HELVICO SS. THEOLOG. DOCTORE, EIUSDEM ET HEBRÆÆ Linguæ in Inclutâ Academia Giessena antehac Professore celeberrimo.






GIESSÆ,

Excudebat CASPARUS CHEMLINUS.

Anno M. DC XVIII.



GENERIS ANTIQVITATE, VITÆ INTEGRITATE, MORVMQVE
honestate Nobilissimo Adolescenti

DN. OTTHONI LINDENOW DANO
Amico suo dilectissimo S P P.



VANTA emolumentorum flummina, Nobilissime Adolescens, Amice dilectissime, è Chronologicâ temporum distinctione in omnes omnino scientias & disciplinas exundent, quæve Chronicorum sit necessitas & jucunditas, nemini obscurum est, ideoque ea recensere supersedebo. Quum verò duplex Chronicorum contexendorum ratio sit: una κατὰ πλάτος per plenam omnium annorum expansionem ac mutuam diversorum regnorum regumq́; & Epocharum inter se collationem. Altera καθ' ὁμάδα, per Epitomen & synopsin, in quâ summatim regnorum, regum & Rerumplic. anni collecti ordine enmuerantur. Vtroque modo vir admodum Reverendus & Excellentissimus Dn. Christophorus Helvicus, *cujus memoria sit in benedictione, lumen Academiæ nostræ, dum viveret, Clarissimum, Affinis meus honorandus, progressus est, κατὰ πλάτος in Theatro suo Historico, καθ' ὁμάδα in præsenti Chronicorum Synopsi per quatuor Monarchias seu summa Mundi Imperia deductâ, ut is, qui vasto historiarum pelago se committere velit, præviam eamq́; compendiarum historiarum ideam habeat, quæ ei Cynosura instar sit, ad quam omnia in Historicis occurrentia dirigat.*

Hanc verò Chronicorum synopsin Nomini tuo, *Nobilissi-*

me Adolescens, Viduæ & Liberorum Helvicianorum nomine *inscribere volui, tum quod ipse Autor, dum adhuc in vivis erat, Tibi tuoq; Præceptori viro Præstantissimo & Doctissimo Dn.* Ludovico Johanni Munthenio, *Amico & Fautori meo colendo, ex animo faveret & dubio procul aliquid hujus sui favoris monumentum, si ei diutius superesse licuisset, publicitus extare voluisset, tum quod tua pietate & in studiis verè nobilibus assiduitate nostra Academiæ ornamento sis, unde aliquid oblectamenti* TE *exinde capere conveniens erat, quod* TE *ex hac Chronicorum synopsi capturum esse ac proin eam tibi gratam fore, indubiè confido, tum ob amicam, quæ mihi cum Nobilitatis tuæ præceptore intercedit, familiaritatem zale, Adolescens Nobilissime, hasce pagellas serenâ fronte accipe nostramq; Academiam tuâ pietate morumq; honestate exornare pergito. Dabam Giessæ Calendis Febr. Anno 1618.*

N. T.

Addictissimus

Johannes Steuberus
Professor.

CHRO-

CHRONOLOGIA UNIVERSALIS,

Per IV. Monarchias compendiosè deducta.



QVANDOQUIDEM jucundum juxta atque utilissimum, imò ad formandum de rebus gravissimis judicium, omninò necessarium est, habere quandam universalem historiarum à mundo condito ideam, non præter rem fuerit, totius systematis Chronologici Synopsin certis articulis distinctam, in gratiam studiosæ juventutis proponere, idque juxta Danielis Prophetæ cœleste de Quatuor summis Imperiis Oraculum, adjunctis ad singulas Monarchias præcipuis regnorum cæterorum itemque præcipuorum virorum doctorum, ac memorabilium eventorum Synchronismis. Verè enim Polyb. lib. 1. inquit, *particularem Historiam prorsus paululum conferre posse ad universi notitiam ac fidem; haud secus ac si quis unam & alteram corporis partem separatim inspiciat, putetque se propterea omnem animalis operationem & naturam cognovisse.*

Quamvis autem universa temporum ratio rectè in duas partes dirimi possit, *Ante Christi & post Christi nativitatem*, tamen operæ precium est distinctius etiam per partes progredi, illa nihilominus distinctione salvâ manente.

 Igitur

Igitur Universalem temporum seriem in hos terminos distinguimus: I. *A Mundi Origine usque ad Diluvium* (sequentes termini, quatuor summa Imperia, quorum initium non diu post Diluvium comprehendunt:) II. *Prima Monarchia.* III. *Secunda Monarchia.* IV. *Tertia Monarchia.* V. *Quarta Monarchia*, sub quâ Christus natus, & quâ prorsus extinctâ idem mundo finem imponet, & judicium extremum instituet.

Hanc distributionem temporum eò libentiùs sequimur, quòd & memoriæ commodissima, & Historiis tùm sacris tùm profanis congruentissima, & quod caput est, Prophetæ Danieli apprimè consentanea.

Alii ex traditione domus Eliæ aliter distribuunt, quod in medio jam relinquimus. Et perspicuum est, eam distributionem tantùm ad res Ecclesiæ esse accommodatam.

TERMINUS I.

A MUNDI ORIGINE AD DILUVIUM.

SOLAM hic Scripturam Sacram indubitatę historię ducem habemus, cui meritò omnes cæteræ Historiæ cedunt. Distinguitur hic Terminus per ętates Patrum decem:

Annus Mundi.		*Vixit annos.*
1	*Adam*	*930*
130	*Seth*	*912*
235	*Enos*	*905*
325	*Kenan*	*910*
395	*Mahalaleel*	*895*
460	*Jared*	*962*
622	*Henoch*	*365*
687	*Mathusalah* μακρόβιος	*969*
874	*Lamech*	*777*
1056	*Noah*	*950*

Sub quo Diluvium Anno Mundi 1656.

DE

DE MONARCHIIS.

NUNC de Monarchiis differendum eſt, primò in genere de voce, numero, ordine Monarchiarum, ubi nobis ſimul refellendi erunt, qui Monarchias impugnant: Deinde in ſpecie de ſingulis, earumq; Ortu, Interitu, Synchroniſmis.

Monarchia voce utimur, ex recepto more, pro ſummo Imperio inter omnia eminente, κατ' ἐξοχὴν, juxta Scripturæ literam, quæ talibus Regnis *Orbis Terrarum* dominium attribuit.

Nabuchodonoſorem dicit *Dan. cap. 2. verſ. 37.* Regem Regum eſſe, & Deum cœli omnia, in quibus habitant filii hominum, in manus ejus dediſſe, ac ſub ejus dominio *Univerſa* conſtituiſſe. Et *Dan. 4. v. 19.* de eodem dicitur poteſtatẽ ipſius perveniſſe in terminos *Univerſæ terræ*, De Medorum & Perſarum Monarchia *Dan. 8. v. 4.* ait, *Omnes* beſtias nõ potuiſſe reſiſtere ei, neq; liberari de manu ejus. De Tertiâ dicitur *Dan. 2. v. 39.* quod imperatura ſit *Univerſæ terræ*, De Quartâ *Dan. 2. v. 40. Omnia* cõteret atq; comminuet.

Quamobrem nihil movemur etymologiâ Græcâ ex μόνος & ἀρχὴ, quam *Bodinus* oſtendit in Methodo c. 7. cum per Monarchiam nihil aliud intelligamus quàm *imperium in Mundo ſummum, à Daniele præfiguratum, quod Deus præ ceteris potentiâ inſtruit & dignitate ornavit, ut cætera ad illud reſpiciant.*

Numerus iſtorum imperiorum eſt *Quaternarius*. Nam *Dan. 2.* dividitur ſtatua 1. in caput aureum. 2. pectus & brachia argentea. 3. Ventrem & femora ærea. 4. Tibias ferreas, & pedes ex parte ferreos, ex parte fictiles. Non enim hic in materiarum diverſitate, ſed partium corporis

appli-

applicatione numerus quærendus est. Sic *Dan.7.* Quatuor diversæ bestiæ.

Ordo Monarchiarum talis. 1. *Assyriaca vel Chaldæa,* 2. *Persarum.* 3. *Græcorum.* 4. *Romanorum.* Priusquam de singulis in specie agamus, refellendi sunt, qui à nobis dissentiunt.

Confutatio Opinionis Anti-Monarchicæ.

Plerorumque nobis adversantium sententia est, per quatuor Metalla statuæ, *Dan.2.* & quatuor bestias, *Dan.7.* intelligi 1. Babylonios 2. Persas 3. Alexandrum Magnum. 4. Alexandri successores decem usque ad Antiochum Epiphanem, quem per parvum cornu inter decem reliqua ortum, intelligunt. In quarto igitur potissimum à nobis dissentiunt.

Hîc non possum, quin præmittam *Calvini verba* sup. *Dan. 2. pag.21.* Sic inquit: Hoc (ὅραμα statuæ) extra controversiam, quicunque præditi sunt *sano judicio*, & candidè etiam cupiunt mentem Prophetę exponere, intelligunt de Quatuor Monarchiis. Et *pag. 22.* intereâ verum est, quod dixi, nempe interpretes, qui & mediocri judicio pollent & candore, omnes ad unum, hunc locum exponere de Monarchia Babylonica, Persica, Græca, *&* *Romana.* Et Daniel ipse postea suis verbis satis ostendet. Hæc Calvin. Videant igitur ejus in cæteris asseclæ, quo judicio tantum interpretum consensum impugnent.

Illud etiam non prætereundem, adversæ sententiæ auctorem primum esse *Porphyrium*, illum Christiani nominis hostem, quem *Hieron. in Dan.* refutat, sicut & *Theodoretus*, qui mirari se ait vehementer, quod quidam Quartam Bestiam de regno Græcorum exposuerint.

Nunc,

Nunc, quare hæc opinio nobis non probetur, paucis ostendemus.

ARGUMENTUM I. Quarta Bestia Danielis est prorsus alia & diversa ab omnibus præcedentibus. Atqui successores Alexandri non sunt alii aut diversi à præcedentibus Bestiis. E Successores Alexandri non sunt Quarta Bestia. Propositio est expressè Daniel 7. vers. 7. 11. 19. 23. (Chaldaicè, *Vehimeschania min chol chevata.* item *Schania min colhon* &c. Assumtio est in vers. 6. Nam quæro, quid significetur per Quatuor Alas, & Quatuor Capita Tertiæ Bestiæ? Respondent ipsimet, esse regna Quatuor principalia successorum Alexandri, sicut manifestè exponit ipse *Dan. cap. 8. v. 22.* Cùm igitur Quatuor regna successorum Alexandri pertineant ad Tertiam Bestiam, profectò ad Quartam referri non possunt, quæ prorsus alia est, & numero diversa. Sufficere poterat hoc unicum argumentum, sed dabimus plura.

ARGUMENTUM 2. Ex priore consequitur alterum. Parvum cornu, quod inter decem cornua enascitur, ex Quarta Bestia prodit. *Dan. 7. vers. 8. & 20.* At Antiochus Epiphanes non prodit ex Quarta Bestia, sed ex Tertia. *Dan. 8. v. 9 22. 23.* Ergò Antiochus Epiphanes non est cornu illud parvum, inter decem cornua enatum.

ARGUMENTUM 3. Cornu parvum Quartæ Bestiæ, quod exortum est inter decem cornua, majus est cæteris, sc. postquam vires acquisivit. *Dan. 7. v. 20.* (in Chaldæo, *Rab. min. Chabrathah :*) At Antiochus Epiphanes non fuit major cæteris aut potentior unquam. Ergò non est cornu illud quartæ bestiæ. Assumptio liquet ex Historiis. Nam præterquam quod Parthica gens dudum antehac sub Seleuco Callinico à Seleucidis defecerat, & Syria intestinis

 bellis

bellis plurimùm debilitata fuerat (vide *Appian. Syriat. Justin. lib.27.*) notum est ad quantas angustias Antiochus Magnus pater Epiphanis redactus, & quanta regni parte à Romanis exutus fuerit, & quam gravi insuper tributo oneratus. Vide *Liv. dec.4. lib.7. Flor. l.2. cap.8.* &c. Quî ergò Epiphanes cæteris ante se regibus major potentiórve dici possit?

ARGUMENTUM 4 & 5. Quarta bestia decem habuit cornua, è quibus tria à succrescente parvo fuêre dejecta. *Dan.7.v.7.8.20.* At neque decem cornua, neque tria ex illis ab Epiphane evulsa, in successoribus Alexandri ostendi possunt. Ergò ii ad quartam bestiam non pertinent. Assumptio plana erit, ubi adversariorum probationem consideraverimus. Verùm ii in diversa abeunt. Agendum igitur de singulis.

Primùm. Franc. Junius decem cornua ita numerat: 1. Seleucus Nicanor. 2. Antiochus Soter. 3. Antiochus Theos. 4. Seleucus Callinicus. 5. Ptolemæus Euergetes. 6. Seleuc. Ceraunus. 7. Antiochus Hierax, quem Antiochum Magnum esse ait. 8. Ptolemæus Philopator; 9 Seleucus Philopator; 10. Antiochus Epiphanes. Tria cornua decussa interpretatur Ptolemæum Philopatora, Seleucum Philopatora & Demetrium filium, quos Epiphanes dejecerit. At verò neq; cum Daniele, neque cum Historiis ista rectè cohærent. Nam I. Quæ causa, cur duo Ægypti Reges Euergetes, & Philopator connumerentur? An propter respectum ad Syriam & populum Dei? Atqui & Ptolemæus Lagides (Rex Ægypti in hoc ordine) Judæos gravissimè afflixit, & magnam multitudinem in Ægyptum captivam abduxit, ut querulabundus testatur Josephus *lib.12.c.1.* Cur ergò & iste non connumeratur? Deinde, cùm Junius in hac visione respectum ad ecclesiam tanquam scopum Prophetæ ve-

tæ vehementer urgeat, cōtendens oppressores tantùm Judæorum significari, scire velim causam, cur ipse omissis, qui Judæos affixêre, connumeret etiam illos, quibuscum nihil negocii Judæis intercessit, ut Antiochum Soterem Seleucum Callinicum, Sel. Ceraunum? Vidit hoc Brughtonus, ideoque illos exclusit è numero. Præterea, quid Theos peccavit in Judæos, ut decem cornibus annumeraretur, & Seleucus Nicanor, de quibus nihil legitur, quòd Judæos infestarint? imò de Nicanore Josephus contrarium testatur, fuisse erga Judæos beneficentissimum, *libr. 12. cap. 3.*

II. Neq; assentiri possumus Junio, quod Antiochū Hieracem cum Magno unum facit. Siquidem Hierax frater fuit Seleuci Callinici, cum quo diu bello civili conflictatus fuit, *teste Iustino*, & eodem tempore uterque periit, *teste eodem, lib. 27.* &c. Magnus verò filius Callinici, & frater Seleuci Cerauni, cui in regno successit per annos 37. teste eodem *Justin. & Appiano Syriac. & Polybio, lib. 5. &c.*

III. Quod ad Tria cornua decussa attinet, historiæ Junio refragantur, Demetrium Philopatris filium esse ab Epiphane occisum. Nam idem Demetrius post Epiphanem regnavit. Ergò ab eodem occisus non fuit. Præterea, cornua dejecta oportuit antè regnare, *cap. 7. v. 8.* At Demetrius ante Antiochum Epiphanem non regnavit, ut constat ex *Iosepho lib. 12. c. 15. Appiano Syr.* Adhæc, tria ista cornua oportet esse è numero decem cornuum, *Dan. 7. vers. 8. 20.* Atqui ne ipse quidem Junius Demetrium inter decem cornua recenset. Ergò neque inter Tria illum referre potest.

Secundò. Vidit hoc Polanus, qui cætera cum Junio

consentiens, per tria cornua intelligit Ptol. Philopatora, Antiochum Magnum, & Sel. Ppilopatora. At nec huic assentiri possumus. Nam ex probatis historiis doceri non potest, Antiochum Magnum fraude filii Epiphanis interiisse. Ex *Iustino* liquet, illum à plebe per seditionem fuisse interemptum propter sacrilegium in templo Jovis Dodonæi, *lib. 32.* Ut jam non repetam, parvum illud cornu exortum è quarta bestia, cùm cornu Epiphanis sit è tertia. Cumque Polanus scopum Danielis urgeat, eos sc. tantum Reges significari, qui Judææ imperarint, non video cur Ptolomæus Epiphanes omittendus fuerit, qui Syriam, Phæniciam, & Judæam loco dotis tenuit, teste *Iosepho, lib. 12. cap. 3. & Appiano Syr.*

Tertiò. Quamobrem Brugthonus aliam prorsus viam insistit, tùm in decem cornibus, tùm in tribus, & quidem multo cautiùs, ac præcedentes. Nam decem cornua exponit decem reges promiscuè ex Ægyptio & Syriaco regno, qui negocium cum Judæis habuerint. Parvum cornu exponit de Epiphane, ut & cæteri. Tria verò evulsa dicit esse Seleucum Philopatora, ejusque filium Demotrium, & Philometorem Ægypti regem. Verùm neque huic adstipulari possumus. Nam ut non repetam, quòd hos omnes ad Tertiam bestiam pertinere suprà ostēdi, Tria cornua non quadrant. Illa enim Daniel ait evulsum iri à facie Corniculi. Atqui neque Demetrius, neque Philometor ab Epiphane evulsus aut dejectus fuit, siquidem uterque post ipsum regnavit: Philometor etiam cum eo, & ante eum, ut ex historiis & Chronologico calculo constat. Quare nec Demetrius, nec Philometor inter tria cornua evulsa referri potest. Quocunque igitur te vertas, tria cornua in Græcorum Regno inveniri non possunt, neq; decem Quartę bestiæ reges.

ARGU-

ARGUMENTUM 6. Quarta bestia duratura est ad Judicium usque extremum, sub cujus finem Sancti Dei altissimi regnum suscepturi sunt. At regnum successorum Alexandri non duravit trecentos annos in universum. Ergò Regnum successorum Alexandri non est Quarta Bestia. Propositio est *Dan. 7. vers. 9. 10. 13. 14. 22. 26. 27.* Assumptio est manifesta. Nam Ægypti regnum postremò à Romanis sublatum est, cùm steterit à morte Alexandri annis 294. *Ptol. lib. 3. cap. 8. Clemens Alex.*

Excipiunt illi, notatos versus de Judicio Dei particulari in Seleucidas exercendo intelligi, quo Judæi recepturi sint regnum sub Maccabæis, itemque de adventu Christi primo. Verùm huic interpretationi multa in textu obstant. I. Filius hominis venit cum nubibus cœli, & quidem in magna potentia, & dominio, *vers. 13. 14.* quæ est descriptio extremi judicii; *Luc. 21. v. 27. Matth. 24. vers. 30.* &c. II. Filius hominis advenit ad judicium. *vers. 9. 10. 26.* Christus autem primo adventu non venit, ut judicaret. *Ioh. 3. v. 17. & cap. 12. v. 47.* III. Forma judicii & modus est collocatio Thronorum, ubi Deus Pater cum Filio sedet in Throno majestatis, cum assessoribus judicii, & libri aperiuntur considente judicio. *vers. 9. 10. 13. 14. 26.* quæ rursùm est descriptio extremi judicii & nota indubitata. *Matth. 19. v. 28. Luc. 22. v. 30. Apocal. 20. v. 12. 13. 14. 15.* IV. Sanctis datur judicium ut & ipsi judicent, *vers. 22. Luc. 22. v. 30. 1. Cor. 6. v. 2. 3.* An nescitis, quòd Sancti mundum judicabunt? Atqui id de Sanctis in hac vita dici non potest.

ARGUMENTUM 7. In hoc judicio, exactâ quatuor bestiarum periodo, Sanctis datur Regnum, & majestas, & amplitudo Regnorum sub toto cœlo, quod possidebunt usque in seculum, & usque in secula seculorum, *cap. 7. v. 18.*

 22. 27.

22. 27. Atqui Maccabæi non tenuerunt regnum amplius annis *126.* ut *Iosephus* numerat, usq; ad Herodem. Quare regnum Sanctorum post quatuor bestias non potest exponi de Maccabæis. Præterea in Epiphane nequaquam Judæis ærumnarum finis fuit, sed & postea quùm libertatem diu jam tenuissent, Ptolemæus Lathurus Rex Ægypti longè crudelissimam persecutionem denuò in ipsos exercuit, referente *Iosepho libr. 13. cap. 21.* quod notari apprimè velim. Quantæ etiam turbæ in regno Judaico fuerint temporibus Alexandræ, Aristobuli, Hircani, è *Iosepho* videre est. Quomodo ergò à tempore Epiphanis dici potest judicium datum Judæis? & tempus advenisse, quo abolitis bestiis inimicis possiderent regnum in secula seculorum? ut omnes potestates eis obedirent? Vidit id *Hieronymus* quoq;, ajens, si hoc de Maccabæis intelligitur, doceat, qui ista contendit, quomodò regnum eorum perpetuum sit, *comment. in Daniel.*

Hinc etiam constare potest, quàm dura sit expositio Polani, tribuentis hanc regni possessionem gentibus, à Nabuchodonosore ad Maccabæos, in seculum usque & seculorum seculum, id est 432. annos. Phrasin enim istam non tempus determinatum, sed æternam gloriam sanctorum, & plenariam regni cœlestis possessionem significare, textus satis ostendit. Unde porrò etiam illi refelluntur, qui per Quartam Bestiam Romanam quidem Monarchiam intelligunt, sed non extendunt ultra Natalem Christi, verùm regnum Christi spirituale intelligunt. Nam hanc regni descriptionem in Daniele, non Ecclesiæ afflictæ & militanti, sed in cœlis gloriosè triumphanti competere, ex textu, & hactenus dictus perspicuum est.

Deniq; nimis aliena est *Bodini* expositio, per quatuor

Bestias

Bestias intelligentis Medos, Persas, Græcos, Parthos, quatenus Babylonem subegerint. Neque enim probari potest, Danielem solum ad Babylonis expugnationes respexisse, neque cæteræ etiam circumstantiæ Quartæ Bestiæ in Parthos quadrant, ut cuilibet periculum facienti constare potest. Vide saltem infrà expositionem Quartæ Monarchiæ, & confer cum Parthico regno. Quamobrem hæc expositio admitti non debet.

Retinemus igitur meritò receptam hactenus, & communi calculo Doctorum Ecclesiæ approbatam de Quatuor summis in mundo Imperiis, sententiam, quam in sequentibus ad Danielis vaticinium conferemus. Obiter hîc noto; apud *Suidam* prorsus iisdem verbis seriem Monarchiarum recenseri. Ῥωμαίων ἀρχὴ, αὕτη τῆς Ἀσσυρίων καὶ Περσῶν καὶ Μακεδόνων τῶν πρὶν, μακρῷ ὑπερῆρεν, in voce ῥωμαίων. Facit etiam nobiscum *Dionys. Halicarnasseus, lib. 1.* proœm, ubi summas ἀρχὰς enumerat Assyriorum, Medorum, Persarum, Græcorum, Romanorum.

TERMINUS II.

PRIMA MONARCHIA CHALDÆORUM, seu Assyriorum.

CHALDÆORUM imperium expressè apud Danielem primum nominatur in persona Nabuchodonosoris. *cap. 2. vers. 37.* Ubi non quidem negandum est, præcipuè intelligi Nabuchodonosorem, eique hoc ἀξίωμα præ cæteris tribui, cæteros tamen præcedentes minimè excludi patet è *vers. 39.* Post TE consurget regnum ALIUD. Atqui defuncto Nabuchodonosore non surgebat regnum aliud,

alsque

uſque ad Nabonidum, vel Labynitum. Ergò id non de Nabuchodonoſore ſolùm, ſed & reliquis hujus imperii dynaſtis intelligendum. Nam ſi Monarchias ex numero Regum metiamur, infinitas habituri ſumus, non tantùm Quatuor. Ac diſertè Scriptura teſtatur, Babylonicum regnum eſſe primum, à Nimrodo conſtitutum, *Gen. 10. v. 9.*

Huc faciunt teſtimonia hiſtoricorum, qui unanimi conſenſu imperium primum Aſſyriis adſcribunt. Vide *Iuſtin. lib. 1. Primus omnium*, inquit, *Ninus Rex Aſſyriorum, veterem & quaſi avitum gentium morem nova imperii cupiditate mutavit.* Item: *Ninus magnitudinem quæſitæ dominationis continua poſſeſſione firmavit. Primus intulit bella finitimis, & rudes ad reſiſtendum populos ad Lybiæ terminos uſq; perdomuit.* Sic Diodorus, Ninum primum eſſe ait τῶν εἰς ἱστορίαν καὶ μνήμην παραδεδομένων. Vide & *Dionyſ. lib. 1.* Et *Oroſius lib. 2. c. 2. Omnes Hiſtoriæ*, inquit, *à Nino incipiunt.* Item. *Primum omnium Aſiæ regnaſſe* (verba ſunt Hieron. in Oſeæ 2.) *Ninum Beli filium, omnes & Græca & Barbara narrant hiſtoriæ.*

Quamobrem initium Monarchiæ Babylonicæ conſtituimus in Nimrodo, qui cœpit potens eſſe in terra, *Gen. 10. v. 9.* ſive is ſit ipſe Ninus, quod vult *Mercator*; ſive Nini pater Belus, qui Babylonem condidit, ut volunt alii.

Cæterum cùm varias mutationes paſſum fuerit hoc Imperium, operæ precium erit in certas aliquot dynaſtias id diſtinguere. *Dynaſtias* voco inſignes regni, ſive quoad familiam, ſive quoad politiæ modum & formam, mutationes. *Prima* eſt, à Nimrodo, vel ſi mavis, Nino, ad caſum Sardanapali. Si Diodorum & Cteſiam ſequamur à Nino ad Sardanapali caſum anni ſunt 1360. quando ipſe ab Arbace Medorum præfecto victus & imperio exutus fuit. Hujus rebellionis conſcius & ſocius Beleſis fuit, cui Arbaces Babylo-

bylo-

bylonem & Assyriam commendavit, ipse in Medos profectus. Dynastia igitur *secunda* est divisi imperii in Assyrios & Medos. Medi usque ad quartam ætatem, ut *Dionys.* inquit, *lib. 1.* regnum tenuere, id est, ultra annos 300. ut affirmat Ctesias, exuti à Cyro, ut *Herodotus* & *Iustinus* &c. scribunt Assyrii vero progressu temporis potentia aucti regnum Israël sæpius infestarunt, tandem prorsus deleverunt, abductis in captivitatem X. tribubus, ut est in 2. *Regnum*. Per eadem tempora exorta est nova dynastia Babylone, quam *tertiam* appellare possis, auctore Nabonassare, à quo celeberrima illa Chaldæorum Astronomorum Æra initium ducit. Hæc postea Assyriorum illam secundam sustulit, ut è *Iosepho* videre est *lib. 10.* Atq; ex hoc tandem prodiit Nabuchodonosor; qui fortitudine, felicitate, & potentia præcedentes reges omnes facile superavit, ut & Danielis elogium ostendit, & historiæ Ethnicæ *Berosi ac Philostrati* apud *Ioseph. Megasthenis* apud *Eusebi. & Ioseph. & Strab. Abydeni ac Manethonis* apud *Euseb.* testantur.

Tandem hoc imperium non multo post Nabuchodonosorem à Cyro sublatum & in Persiam translatum est, de qua re *Dan. & Herodot. li. 1. Iustin. lib. 1. Berosus apud Ioseph. 1. contra Apionem* &c.

Applicatio ad Statuam Danielis.

Hanc primam Monarchiam Daniel. *cap. 2. v. 38. Aureo capiti* confert. Ut enim caput summa pars corporis est, ita hæc prima & summa Monarchiarum est. Aurea dicitur, quia inter cæteras nobilissima.

Confertur *Leoni* ob generosos & heroica animi magnitudine præditos Manarchas, ut jam de Nabuchodonosore dictum. Potest & de præcedentibus intelligi, ut Nimrodo, Nino, Semiramide, quæ non fœminas modo

virtute, sed & viros anteivit, ut *Iustin* habet. Itaq; Alexander Magnus non alium gentium harũ magis admiratus est, quam Cyrum, & Semiramin, in queîs & magnitudinẽ animi, & claritatem rerũ longè emicuisse credebat, *Curt. lib. 7.*

Aquilæ Alas dicitur habuisse Leo, vel propter celeritatem summam victoriarum & felicitatem, ut exponitur *Ierem. 4. v. 7. 13. Ezech. 17. v. 3. Thr. 4. v. 19. Habac. 1. v. 8.* Vel propter superbiam, ex *Esa. 14. v. 13. 14. 15.* Sunt qui de diviso imperio Assyriorum & Medorum intelligant.

Alæ istæ evelluntur, cum à Cyro destructũ ad Persas transiit.

Leo sublatus est de terra; vel quando imperium eversum, vel elevatus esse dicitur (nam utroq; modo exponi potest) quod nimium sibi arrogarint reges isti, divinosq; honores affectarint, ut in Sennacheribo *Esa. 37. v. 17.* &c. Nabuchodonosore, *Dan. 3. & 4.* item Belsazare, *Dan. 5.* & patet.

Quamobrem *postea super pedes quasi Homo stetit; & cor hominis datum est ei*, cum enim ex superbia velut in aëre volitarent, postmodum tamen humanam sortem experti sunt & cor illud leoninum exemptum, ut videre est in Sennacher. *2. Reg. 19.* cujus monumentum post illam cladem immanem *Herodotus* memorat in Ægyptiaco quodam templo extructum, cũ hac inscriptione, ἐς ἐμὲ τις ὁρέων, εὐσεβὴς ἔστω, *lib. 2.* In Nabuchodonos. similiter cum ad sese redisset post septennẽ metamorphosin. *Da. 4. v. 29.* In Belsaz. *Dan. 5.*

Nunc sigillatim de Regibus Assyriorum dicendum est. Oportet enim studiosum Historiarum in singulis Monarchiis seriem Regum, tanquam statuam Mercurialem vel Cynosuram quandam, sibi familiarem reddere, ad quam cætera omnia dirigat atq; referat. Veruntamen in Prima Monarchia, tum propter incertitudinem & defectum historiarum, tum propter historiam Biblicam, non

Reges

Reges Monarchiæ Assyriæ assumi possunt pro ejusmodi Cynosurâ, sed Politia Judaica vel Res Ecclesiæ. Quam ob causam etiam in Systemate Chronologico, primo loco illas constitui. Brevissime igitur Dynastias Assyriacæ Monarchiæ perstringemus.

REGES I. MONARCHIÆ ASSYRIACÆ è IUSTINO.

DYNASTIA I.

Ann. Mundi.		*Ann. Regni.*
1722	Belus, *qui est ex quorundam sententiâ Nimrod.*	55
1777	Ninus, *primus (si Iustino credimus) tyrannicus Monarcha.*	52
1829	Simiramis, *sexum mentita virilem*	42
1871	Ninus, *aliis Ninyas.*	

(Nota, annos Mundi Regibus Assyriis apponi tanquam probabiles, non tanquam certo exploratos, quia Historici variant. Si igitur Justinum sequaris, initium Nini in hunc Annum Mundi circiter incidet, Numerat enim Annos 1300. ad casum Sardanapali. Sin Africanum, supra Diluvium, Monarchiæ excurret initium. Si verò Diod. Siculum, & Ctesiam, & æram Chaldæorum apud Simplic. sequi malis, quinquennio posterius erit initium Nini. Vide quæ in Chronol. notivimus.)

Cæteros in hac Dynastia omisit Iustinus, ut qui nihil memorabile gesserint. Si quis tamen nosse desiderat seriem integram, consulat Scalig. in Append. Eusebiani Operis.

3057 Sardanapalus, *effæminatissimus, à Belesi & Arbace obsessus, se cum tota regia in ignem conjicit.*

DYNASTIA II. Divisi Imperii inter Assyrios & Medos.

3077 Belesis.

Desideratur in hac dynastiâ, certa & continua series.

Phul, *2. Reg. 15 v. 19.*

Tiglath Pileser, *2. Reg. 15. v. 29.*

Sargon. *Esa. 20. v. 1.*

Salmanassar, *2. Reg 18.*

Sennacherib. *2. Reg 19.*

Asarhaddon, *ibid. Plures non extant.*

DYNASTIA III. NOVA BABYLONIORUM.

Ann Mund.		Anni Regni.
3203	Nabonassar, *à quo incipit æra Nabonassarea.*	14
3217	Nassius.	2
3219	Chinzerus & Porus.	5
3224	Dulilæus.	5
3229	Mardochembad, *in Esaia* Merodach, *c.39.v.1.*	12
3241	Arkeanos	5
	Interregnum annorum 12.	
3258	Belithus.	3
3261	Aporonadieus.	6
3267	Herigebalus.	11
3268	Nasnoëmondacus.	4
	Interregnum annorum 17.	
3289	Jeraëdin.	13
3302	Saosducinus	9
3311	Kiniladachus	29
3325	Nabopollasar, *vel* Nabulasar. *Anno regni trigesimo mortuus, Hunc intelligit Ezechiel, cap.1.v.1.*	
3341	Nabuchodonosor, *filius Nabopolasaris, celebratissimus in historia sacra. Regnat una cum patre annos 12. in universum annos*	
3386	Evilmerodach *filius. Educit regem Ioiachin ex carcere. Ierem. 52.v.31.*	
3388	Nerigliſsooror, *gener* Nabuchodonosoris.	4
3392	Laborosoardach *nepos Nabuchodonosoris*, Belsazer *Danieli,*	*mens. 9*
3393	Nabonidus *Medus, (Megasth. appellat Nabonidochum Meden:) Hic est* Darius Medus *apud Dan. Vide Berosum genuinum. Abydenum, Megasthenem genuinum*	

Hanc Dynastian debemus Ios. Scaligero, qui primus ex Indiculo quodam Genethliaco in lucem protulit integram seriem annorum assignatione comprehensam, cum alias non nisi paucis passim extarent. Unde eo fortius refelluntur inania Pseudo-Berosi figmenta.

nuinum, Eusebium, &c. quicquid alii ex Pseudo Beroso & Pseudo Metasthene contradicant. 17

Medorum Reges post divisam Monarchiam in secundâ dynastiâ.

Ann. Mundi.		*Ann. regni.*
3077	Arbaces, *aliis Arbactus, victo Sardanapalo*	28
3105	Mandauces	50
3155	Sosarmus	30
3185	Articas	50
3235	Arbianes, *qui &* Cardiceas	22
3257	Arsæos, *qui &* Dejoces	40
3297	Artynes, *qui &* Phraortes	22
3319	Astybares, *qui &* Cyaxares. *Hic Assyrios vehementer afflixit, juxta vaticinia Esaiæ, Ieremiæ, Ezechielis.*	40
3359	Apandas, *qui &* Astyages, *victus à Cyro, nepote ex Mandane filia, juvãte Harpago, cui Astyages suum filium devorandũ apposuerat in cibum &c. Herod.*	40

Sic Mediorum regnum ad Persas translatum, & hoc modo initium Monarchiæ secundæ factum. Supra autem dictum, annos Mundi probabiliter hic apponi, cum Medorum regnum aliquod annis varier apud Historicos. Octennio enim anticipare debebit, si ex ejus fine desumi debeat initium Monarchiæ Persicæ juxta Herodotum. Si vero ex serie Assyriaci regni, regnum Medorum desumatur juxta calculum Diodori Siculi, & juxta æram Babilonicam & Justini numerum, tam res deveniet ad hos annos Mundi, quos apposuimus.

Atque hæc est Monarchia prima, de cujus Synchronismis breviter nunc dicemus.

SYNCHRONISMI ALIARUM Politiarum.

IN primam Monarchiam incidunt. *1. Res Ecclesiæ* à Diluvio usq; ad excidium Hierosolymorum sub Nabuchodonosore. 2. Regnum *Ægypti. 3. Germanorum. 4. Sicyniorum. 5. Argivorum, & Lycenarum. 6. Atheniensium. 7. Trojanorum. 8. Aboriginum, & Latinorum. 9. Lacedæmoniorum. 10. Corinthiorum. 11. Lydorum. 12. Macedonum. 13. Tyriorum. 14. Syrorum, & aliarum Græciæ civitatum.*

RES ECCLESIÆ & Hebræi populi præcipuum momentum obtinent in Monarchia I. ad quas omnes Historiæ exoticæ dirigi debent. Res enim Assyriorum, ut supra dictum, vel ob antiquitatem, vel ob Chronologiæ suæ incertitudinem, vel quod memoratu indignæ, in obscuro plæræque latent. Sunt autem Hebræi populi dynastiæ potissimum tres in prima Monarchia. 1. πατρικὴ sub Patriarchis usque ad Josephum in Ægypto, ἡγεμονικὴ Ducum & Judicum, à Mose usque ad Samuelem, inclusivè. 3. βασιλικὴ à Saule usq; ad excidium Hierosolymorum, ubi includenda divisio regni Juda & Israël post Salomonem.

Totam vero Historiam complecti facilime licet his Epochis:

A Diluvio ad Nativitatem Abrahami, anni 292. ex ætatibus Patriarcharum, *Gen. 11.*

Inde ad Abrahami vocationem divinam, anni 75. Gen. 12. vers. 4.

Inde ad exitum Hebræorum ex Ægypto, anni 430. Exod. 12. vers. 40. Gal. 3. vers. 17.

Hinc

Hinc ad Templum Salomonis anni 481.1.Reg.6.v.1.

Hinc ad divisionem regni Israëlitici anni 37. Nam anno quarto Salomonis templum cœptum ædificari, *1. Reg.6.v. 1.* & *c.11.v.35.* Salomon vero regnavit annos 40. *1.Reg.11.42.*

A divisione regni & idololatria Ieroboami ad excidium Hierosolimorum, anni 390. Ezech. 4. v. 5.

Hinc anni 60. ad Solutionem captivitatis Babylonicæ, & initium Monarchiæ secundæ. Nam decem anni aut undecim jam transacti fuerant à captivitate Iechoniç. *Ezech.33. v. 21.* & *c.26.v.1.* & *2.Reg.24.v.18.* Perspicua est hæc & compendiosa tot seculorum in ipsis sacris fontibus consignata comprehensio: Quæ simul eventus maxime memorabiles & limites historiarum tum sacrę tum exoticę pulcherrimè ostendit, quamobrem omnibus debet esse gratissima.

Consignabimus breviter annos & ordinem trium dynastiarum in I. Monarchia.

DYNASTIA I. πατριαρχική.

Anni Mundi.		*Anni Vitæ.*
1558	Sem *filius Noha, vixit annos*	*600*
1658	Arphaxad, *biennio à diluvio natus, annos*	*438*
1693	Salah.	*433*
1723	Eber, *unde Ebraeam linguam quidam deducunt.*	*464*
1757	Peleg, *cujus tempore Confusio Babilonica.*	*239*
1787	Regu.	*239*
1819	Serug.	*230*
1849	Nachor.	*148*
1878	Tharah.	*205*
1948	*Abraham Patriarcha.*	*175*

Anni

Anni Mundi. *Anni Vitæ.*

2023 *Migratio Abrahami ex Haran, anno 75. Abrahæ.*
2047 *Circumcisio instituta anno 99. Abrahæ.*
2048 *ISAAC nascitur, anno 100. Abrahæ.* *180*
2108 *IACOB & ESAU nati. Iacob vixit ann.* *147*
2199 Ioseph *nascitur, anno 14. servitutis Iacobi.* *110*
2373 *MOSES nascitur. Vixit annos* *120*
2453 *Exitus Israëlitarum ex Ægypto.*

DYNASTIA III.

Anni gubernationis

Eodem anno Moses dux Israelitarum in deserto. *40*
2493 Josua *filius Nun, occupat plene terram Canaan.* *18*
2499 *Divisio terræ Canaan inter 12. Tribus.*
2511 Othoniel *seu* Athniel. *40*
2551 Ehud *seu* Ajoth. *80*
1632 Samgar.
2631 Debora & Barac. *40*
2671 Gideon. *40*
2711 Abimelech *fratricida.* *3*
2714 Tholah. *23*
2737 Jair. *22*
2759 Jephtha. *6*
2765 Ebzan, *vel* Abesan, *sub quo contigit Excidium Trojæ.* *7*
2772 Elon. *10*
2782 Abdon. *8*
2790 Samson *invictus heros.* *20*
2810 Eli *sacerdos.* *40*
2850 Samuel *Propheta.* *40*

DYNA-

DYNASTIA III. βασιλική.

Ann. Mundi.		Anni gubernationis.
2880	Saul *rex primus vivente Samuele.*	10
2890	*DAVID rex & Propheta.*	40
3199	*SALOMO unctus vivo adhuc patre.*	40
2933	*Templum Hierosolymitanum à Salomone extructum, stetit ann. 427.*	
2969	Rehabeam, *sub quo Divisio regni in tribum Iuda, Benjamin, & X. tribus.*	17
2986	Abia, *impius.*	3
2988	Assa, *pius & sinceri cultus instaurator*	41

N. Annos multos intelligendos esse currentes, in regibus Juda, patet ex Scriptura, quãdo eos confert cum regibus Israel.

			Synchronismi celebriores virorum & eventorum.
3028	*IOSAPHAT, optimus, piissimus.*	25	Elias *Propheta.*
3049	Joram, *impius.*	8	Elisæus *Propheta.*
3056	Ahasia, *impius.*	1	Didonis *historia vera, & Carthaginis urbis initium.*
3057	Athalia *tyranna.*	7	
3063	Jojas, *pius dum Iojada vixit.*	40	*Sub Ioa contigit* Divisio *Monarchiæ Assyriacæ.*
3100	Amazia, *pius quodammodo.*	29	Jonas *Propheta.*
3129	*Interregnum in regno Iudæ.*	11	Hoseas & Amos *Prophetæ.*
3140	Usias Asarias, *strenuus pius.*	52	*Sub Usia* Olympiadum *initium.*
3192	Jotham, *pius felix.*	16	*Sub Iotham* Roma *conditio.*

Anni Mundi.		*Anni regiminis* Synchronismi celebriores virorum & eventorum.
3207	Achas, *hypocrita impius.* 16	Esaias & Micha *Prophetæ:*
3221	Ezechias *piissimus.* 29	*Sub hoc X. Tribus abductæ.*
3250	Manasses, *impius, tandem pius.* 55	Nahum & Habacuc *Prophetæ.*
3305	Amon *impius.* 2	
3307	Josias, *piissimus, religiosissimus* 31	Sophonias & Jeremias *Prophetæ*
3337	Joachas, *mens.* 3	
3338	Jojakim *impius & perfidus.* 11	Daniel *Propheta abducitur puer Babylonem.*
3348	Jechonia, *captivus abductus. mens.* 3	
3349	Zedekias, *impius, Abducitur Babylonem, & regnum Iudaicum penitus destruitur.* 11	Ezechiel *Propheta.*

3360 Captivitas Babylonica *annorum 70, Initium sumit à captivitate Iechonia.*

DYNASTIA IV. ἡγεμονικὴ, Ducum & Pontificum post captivitatem Babilonicam, pertinet ad Secundam Monarchiam.

DYNASTIA V. ἀρχιερατικὴ, Hasmonæorum seu Maccabæorum, ad 3. Monarchiam.

DYNASTIA VI. δεσποτικὴ, Herodiadarum & Romanorum, ad 4 Monarchiam pertinet.

APPEN-

APPENDIX REGNI JUDAICI:

Reges Israël post defectionem X. Tribuum, plerique omnes impii idololatræ.

Anni Mundi.		*Anni regiminis.*
2969	Jeroboam, *novum cultum in Bethel instituit.*	22
4988	Nadab.	2
2990	Baësa.	24
3013	Ella.	2
3014	Amri, *transfert sedem regni in Samariam.*	12
3025	ACHAB, *gener Ichobali regis Tyri.*	22
3044	Ahasia.	2
3045	Joram.	12
3057	Jehu, *extirpat progeniem Achabi divini jussu.*	28
3085	Joahas, *miserè à Sy is afflictus.*	17
3099	Joas, *felix, juxta Elisai vaticinium.*	16
3114	Jeroboam *II. felix, quantumvis impius.*	41
2155	*Interregnum in Israël, annorum*	22
3177	Zacharia.	*mens. 6.*
3177	Sellum.	*mens. 1*
3178	Manachem, *infestatus à Phul Assyrio rege.*	10
3188	Pekaja.	2
3190	Peka, *infestatus à Tiglath Bilneser Assyrio.*	20
3210	Hosea, *ultimus rex Israel, annos regnat 18. è quibus Tributarius fuit ann. 9. & horum sigillatim in Scriptura fit mentio.*	

A Salmanassare rege Assyriorum captus & unà cum X. tribubus in perpetuam captivitatem abductus fuit, atque sic regnum Israël defecit.

REGNUM ÆGYPTI ab ultima antiquitate repetitum à Manethone Ægyptio sacerdote & in certas dynastias distinctum fuit, quæ, ut ab *Africano* excerptas edidit Scaliger, ab origine quidem longissimè supra annos mundi excurrunt, in posterioribus tamen seculis cum sacrâ historia non male conveniunt. Durat hoc regnum ad secundam usque Monarchiam & amplius.

GERMANORUM regnum ab *Aventino* inchoatur in Tuiscone filió Noæ, anno 111. post diluvium, & deducitur ad tempora usque Davidis.

SICYONIORUM ab Ægialeo, regnum vetustissimum per reges gubernatum usque ad tempora post Trojæ excidium quibus succedens *Dynastia secunda* Septem Sacerdotum Apollinis, durat usq; ad reditum Heraclidarum in Peloponnesum, temporibus Eli sacerdotis: atq; sic regnum defecit.

ARGIVORUM ab Inacho, cœpit temporibus Isaaci usq; ad regnum Mycenarum, consurgens ab ultimo anno Acrisii, cētum circiter annis ante bellum Trajanum, quod in tempora Jephthe incidit. Mycenis regnarunt Pelopidæ & Atridæ usque ad reditum Heraclidarum in Peloponnesum, qui ejectis Atridis regno finem fecerunt.

ATHENIENSIUM à Cecrope rege primo, temporibus Mosis adulti usq; ad Codrum regem ultimum, qui se pro salute patriæ hostibus devovit tempora Saulis regis Hebræorum. Hinc *dynastia secunda* Archonton perpetuorum à Medonte Codri filio, usq; ad Archontes Decennales in *Dynastia tertiâ.* Incipiunt hi temporibus Jothami regis Juda & durant ann. 70. usq; ad *Dynastian 4.* Archonton annuorum, quæ politiæ forma in tertiã usq; Monarchiam permansit. Concussa tamen aliquoties fuit, ut à seditioso

Cylone,

Cylone, paulo ante excidium Hierosolymorum, item à Physistraro tyranno non multo post.

Troianum regnum, autore Dardano, initium sumit circa exitum Hebræorum ex Ægypto, & durat ad annos 300. usque ad Trojæ excidium, quod incidit in tempora Ebzan Hebræorum Judicis. Atque hic est finis regni Trojani.

Aboriginum regnum, qui postea Latini dicti, à Jano, temporibus Deboræ & Barac Judicum, durat annos circiter 150. ad tempus Trojani excidii, cujus anno secundo Æneas in Italiam venit, & socer Latini factus, *dynastiam secundam* suscitat Æneadarum, quæ durat ad initium Urbis Romæ annos 430. Hinc à Roma condita surgit *tertia Dynastia* regum Romanorum temporibus Jotham regis Judæ, per annos 244. usque in secundam Monarchiam.

Lacedæmoniorum reges in *dynastia prima* ab Eurota annorum serie destituuntur. *Secundam Dynastiam* constituunt Heraclidæ annis 80. á Trojano excidio in Peloponnesum redeuntes. Atque ex gemina familia Proclis & Eurysthenis fratrum, semper binos reges habuerunt, per multa secula in tertiam usque Monarchiam. Ephororum Magistratus paulo post tempora Romæ conditæ institutus est. In hanc dynastiam incidit initium Olympiadum, anno mundi 3174. temporibus Usiæ Asariæ regis Juda.

Corinthiorum item regnum *dinastiam primam* Sisyphidarum obscuram habet. *Secunda* ab Heraclidis, eodem tempore quo Lacedæmoniorum constituitur, ex familia Aletæ de posteritate Herculis. *Dynastia tertia* est Bacchiadarum iridem ex progenie Herculis, tempore Asa regis Juda. *Dynastia quarta* Prytaneωn (Archonton seu Prætorum) annuorum, tempore Asariæ regis Juda. *Dynastia*

quinta Cypselidarum, Cypseli videlicet & Periandri, tyrannorum. Periandro occiso libertatem Corinthii recuperant, tempore captivitatis Babylonicæ.

LYDORUM quoq; *dynastia prima* Atyadarum obscura est. *Secunda* Geraclidarum ab Agrone circa tempora Jair judicis Hebræorum initium capit & durat annos 505. teste Herodot. Hinc *tertia* Mermnadarum incipit tempore Ezechiæ regis Judæ, & durat à Hyge ad Crœsum à Cyro victum, annos 170.

MACEDONUM regnum à Carano Heraclida temporibus Amaziæ regis Juda, durat in tertiã usq; Monarchiam.

TYRII regni fragmentum in Josepho è Phœnicum annalibus extat, ab Hiramo tempore Salomonis, cui ad ædificiũ templi ligna suppeditavit. Egregiè cum Sacrâ historiâ convenit, quare nobis meritò gravissimum esse debet.

SYRORUM regnum in sacris, & aliarum Græcarum Rerump. in Pausania, fit mentio, sed cum annorum serie destituantur, hîc omittimus. Consule etiam, si prolixiorem διέξοδον desideras, Reinerum Reineccium, in præclaro Opere Syntagmatis Heroici.

TERMINUS III.

SECUNDA MONARCHIA PERSICA, ex Daniele explicata.

SUCCEDIT Monarchia Persica à Cyro condita, devicto Nabonido seu Labyneto, ultimo Babylonis rege. Quæ comparatur *Pectori & Brachiis*, in colosso Nabuchodonosoris, *Dan. 2.* quia ubi caput desinit, ibi collum incipit, & pectus cum brachiis, quæ duo regna Medicum & Persicum designant.

Argenteum est hoc pectus, quo indicari putant divitias hujus

hujus regni. Vide *Esth. 1.* & *cap. 3.* Haman Persici regni princeps Regi Assuero pendit 10000. talento. *Diodorus* autor est, Alexandrum Magnum Susis captis invenisse in thesauris regis, argenti & auri non signati amplius 40000. talenta, & præter hæc 9000 talentorum auri, monetæ Daricæ. *Curtius* in expugnatione Persepoleos ait, ingentem pecuniæ captivæ modum tradi, prope ut fidem excedat. Nominat autem 120000. telenta auri, & captis Pasagardis 6000. talentorum. *lib. 5. n. 6.* Strabo omnia complexus 180000. talenta dicit *Plinius*, Cyrũ devictâ Asia scribit invenisse põdo auri 34000. Vide & *Esa 45. v. 3.* Apellatur hoc regnũ *minus* Babylonico seu *inferius*, quod nõ tam de potentia quàm dignitate intelligi par est. Nam fuit sane potentissimum.

Confertur *Urso*, propter ferociam & dominandi cupiditatem, unde ei dicitur, *Surge, comede carnes multas.*

Ex parte stetisse dicitur, propter Judæos, quos beneficiis affecerunt Persæ, quamvis ad aliquod tempus ædificium templi impediverint, *ut est in lib. Esra.*

Tres dentes insignes tribuunt, per quas intelligunt tres reges, Cyrum, Darium Hystaspidon, & Xerxen, qui præ cæteris potentiam regni auxerunt. *Herod. Iustin.* Hieronymus dicit præcipua regna, Persicum, Medicum, Babylonicum, intelligi. De Assuero legimus, tenuisse 127. provincias *Esth. 1. v. 1. Comedisse* dicitur *carnes plurimas*, ob victorias & populos debellatos, ut ex dictis patet. Nota est vox Tomyris de Cyro, fatia te sanguine quem insatiabili cupiditate sitiisti. Et Cambysis, Darii, Xerxis, bella huc pertinent.

Dan. 8. confertur *Arieti*, quod exponunt de beneficiis ergo populum DEI, sicut Aries lanâ homines vestit, carne alit. *Aries Bicornis* est, ob regnum Medicum & Persicum, interprete ipso *Daniele* vers. 20. *Aries ventilat*

cornua

cornua adOccidentem, Aquilonem & Meridiem, ubi notandum Orientem non poni, quia Persia in ipso Oriente sita est *Occidentem* impugnat, cum Syriam subegit, Palæstinam, Babylonem. *Aquilonem*, quando Scythas, quod à Cyro & Dario Histaspida factum, *Herod.* Item Lydiam à Cyro subactam notat, id. *Meridiem* ubi Ægyptum Cambyses subjugavit, & rebellem Xerxes recepit. *Herod.* item Artaxerxes Longimanus, *Diod.* item Ochus, teste *Manetho & Diodoro*.

Duravit ad annos 200. à tempore occupatæ Asiæ. Sed ab initio Cyri annos 228. *Agathia* auctore, seu connumeratis initio & fine, annos 230. *Euseb.* Hinc *Dionys. lib. 1.* inquit, paulo supra annos 200. stetisse. Finis est in Dario ultimo, quem *Iustinus* Codomannm vocat. Hic victus & imperio dejectus ab Alexandro Magno, anno Olympiad. 112. 2. incunte, *Diod. lib. 7.* Qui *Hircus est* Danielis, *cap. 8.* interprete Angelo, *vers. 21.* Dicit Propheta, *neminem potuisse Arietem liberare*. Nam Alexander pecuniam omnem respuit, & regni partem oblatam repudiavit. Solus rerum potiri cupiebat, quia sc. nec mundus duos Soles ferre posset. Vide literas mutuas Darii & Alexandri apud *Curt. lib. 4. initio, & Iustin. lib. 11.*

Cæterum cum sub initium hujus Monarchiæ desinat Chronologiæ in Bibliis continuatio; singulari Dei beneficio factum est, ut circa idem tempus extera Historia quasi in locum succedat, & compluribus Epochis diversis, præcedentia ac sequentia tempora cum Biblica historica connectat, ut sunt, *1. Olimpiades, 2. Stadionica* (id est, victores in singulis Ludis Olympicis.) *3. Archontes Atheniensium, 4. Anni urbis conditæ, 5. & Romani Consules,* 6. inprimis vero *Æra Nabonassari* Astronomica, quæ vel sola auro contra cara

est.

est. De aligatoine harum ærarum ad annos mundi vide tres eruditas disputationes *Ioannis Behm Theologiæ D. & Prof. Regiomont.*

Nunc recensebimus ordine Reges Monarchiæ Persicæ, additis ad marginem præcipuis Synchronismis.

Ann. Mund.		*Anni regimin.*	Synchronismi præcipui Virorum & eventorum.
3391	*Cyrus incipit regnare in Persia. Progressus posteà, Monarchiam a lipiscitur plurimis regnis subactis.*	30	*Hic Captivitatem Babilonicam solvit.*
3421	Cambyses, *Cyri F qui pellem detraxit Otani iniquo judici. Ægyptium regnum destruit.*	8	
3428	*Magi per vim regnum tenent,*	*mens. 7*	
3429	Darius, *Hystaspis filius, occisis Magis. Fulmine cõformatus ad regnum designatus industria equisonis Oebaris. Herod. Iustin.*	36	*Sub hoc initium Coss. Rom. Zopyrus. Heraclitus Philosophus.*
3465	Xerxes, *qui in Bibliis,* Achsueros *dicitur. Nam Hebraei non pos-*		Memorabilis expeditio Xerxis in Græciam. *Æschylus Poëta.*

Anni Mundi. Anni regiminis. Synchronismi præcipui virorum & eventorum.

sunt ab initio vocis du as consonas ut, pt, st, ξ, enunciare, idea præponunt Aleph, sicut & in aliis multis, ut Aphtholmi, id est, Ptolemæus, Achsan, vel Axan, id est ξένθ, in Targ. Hieros. Sic Astacton, id est, ... Sic Axuers, vel Achueros, pro Xuers, vel Xerxes. Maritus Estheræ hic fuit, ut plurima ostendũt. Nomẽ certè Achasueri propius accedit ad Xerxen, quam Ataxerxis ad Artachsastan, de quo tamen nullum dubiũ unquam fuit. Considerandum etiam, hæc nomina Persica esse Barbara, quæ in diversis Linguis diversos sonos nanciscantur, eo quod ad suum normam qualibet lingua paululum illa inflectat: & fortasse rectius ab Hebræis quam Græcis enunciata fuère.

Pindarus Poëta.
Themistocles, dux Græcorum.
Aristides.
Empedocles, Physicus.

3480 Artaxerxes Longimanus, cui altera manus longior fuit, vel (ut Strab)

Democritus Physicus.
Hippocrates Medicus.

Anni Mundi.	*Anni regim.*	Synchronismi præcipui Virorum & eventorum.
	Strabo, cujus brachia ad genua usq; protensa fuere. 40	*Euripides* } *Poëta.* *Sophocles* } *Herodotus Historicus.*
3526	Darius Nothus. 19	*Sub hu* Bellum Peloponnesiacum. *Thucydides. Socrates. Haggæus & Zacharias* } *Prophetæ.*

Hunc Darium esse eum, cujus anno 2. Templum re ædificatum, præter cætera documenta Scaliger ex Esr. 4. & 7 capp. ostendit. Nam cap. 4 v. 5. dicitur, irritum factum esse decretũ de instauratione Templi omnibus diebus Cyri, & usq; ad regnum Darii (Hystaspidę) ubi particula (usq;) inclusivè, sicut sæpe alias, accipitur. Vers. 6. sequitur Achsueros. V. 7. sequitur Artachsasta seu Artaxerxes. V. 24 sequitur Darius, cujus anno 2. templum extructum. C. 7. v. 2. sequitur alius Artaxerxes, à quo missus fuit Esdras. Habes hic *1. Cyrum. 2. Darium 3. Achsuerum. 4. Artachsastam. 5. Darium. 6. Artachsastam aliũ*, ordine collocatos. Jam confer cũ Historiis, & ubinam reperies Darium inter duos Artaxerxes, nisi Darium Nothum? Confirmatur præterea, quod antea de Achsuero dictum, eum esse Xerxen, & serie scilicet antecessorum & successorum. Historiæ enim ſic enumerant reges Persicos. *1. Cyrus. 2. Cambyses* (Magorum non habetur ratio) *3. Darius Histaspis. 4. Xerxes. 5. Artaxerxes Longimanus. 6. Darius Nothus. 7. Artaxerxes Mnemon.* Hæc cum serie Esdræ elegantissimè congruunt. Solus Cambyses expressò quidem non nominatur, comprehenditur tamen phrasi. *Vead, & usq;* ad regnum Darii. Quod autem alii turbata serie Esræ, per Achsuerum & Artaxerxen intelligunt eundem, ajentes hæc nomina esse dignitatis omni-

bus regibus communia, non Regum nomina propria; præterquam quod probare id non possunt, repugnant etiam tam cæteris Historiis, quæ *Artaxerxis* nomen pro vero nomine Impositionis habent, ut vel è Plutarcho in Artaxerxe constat, quam ipsi textui, diversis nominibus hos reges appellanti & tam distincte de utroque diversa commemoranti. Quare crimen falsi est in vulgata versione, *in diebus Achsueri, ipse est Artaxerxes.* Nuspiam id in Hebræo extat, sed est commentum infelicis glossatoris. Caussantur illi intervallum à Cyro ad Darium Nothum, quod est annorum 107. ubi vixisse adhuc Zorobabelem & Josuam, non credunt. Sed inconsiderate! 1. Annon adhuc hodie reperiuntur, qui vitam ad annos 120. 130. 140. 150. extendunt? Vide Scal. Elench. Parei. Deinde, si hoc absurdum, ipsi erunt absurdissimi, qui intervallum longius coguntur statuere à Nehemia anno 20. Longimani, ad Alexandrum Magnum, cujus tempore Nehemias adhuc vixit, Nehem. 12. Joseph. lib. 11. cap. ult. nisi omnes Historias, tot certissimis Epochis, Olympiadum, Annorum Urbis, Consulum, Archonton Atheniensium, Stadionicarum, Æræ Astronomicæ Nabonassari &c. ut particulares, à Thucydide (qui sui temporis historias profecto ignorare non potuit,) ab Eratosthene, à Cicerone, à Dionysio Halicarnasseo &c. annotatas taceam, firmatas & munitus, impudenter & stolide negare velint: quod tamen quidam nō verentur, nec agnoscere volunt, quam stultum sit, credere, Romanos, Asiaticos, Græcos, Africanos, aliosque Historicos diversissimis regionibus viventes, tam exacte diversis epochis congruentes, in mendacium tam concorditer conspirasse.

Anni

Anni Mundi.		*Anni Regiminis.*	Synchronismi celebriores virorum & eventorum.
3545	Artaxerxes Mnemon. *Hic Esram misit Hierosolymam, & postea Nehemiam, ad absolvēda, quæ ad restaurationem politiæ Iudaicæ adhuc desiderabantur.*	40.	*Alcibiades.* *Aristophanes.* *Isocrates.* *Pax Antalcidæ.* Pugna Leuctrica.
3588	Artaxerxes Ochus, *tyrannus.*	23	*Sub Ocho* Bellum sociale. Bellum Sacrum.
3611	Arses, *vel* Arsames	4	*Plato. Diogenes Cynicus.*
3614	Darius *ultimus*, Codomannus *à Iustino appellatus.*	6	*Aristoteles.* *Demosthenes & Æschines.* *Euclides.*

Hunc anno sexto Alexander Magnus debellatum vicit, & Monarchiæ secundæ finem imposuit.

SYNCHRONISMI

aliarum Politiarum.

IN secundam Monarchiam cadunt 1. *Res Ecclesiæ* post captivitatis Babylonicæ, solutionē in Dynastia 4. ἡγεμονικῇ, sub Ducibus usque ad Alexandrum Magnum, perturbatæ sane & afflictæ. Ædificium templi secundi sub Dario. Historio Esræ & Nehemiæ. Initium 70. Danielis Hebdomadum.

DYNASTIA 4. Ducum Judaicorum negligenter admodum à veteribus consignata est. Nuspiam enim eorum

rum nomina post Scripturæ Sacræ historiam, quæ in Nehemia & Paralipomenis terminatur, extant, nisi in Chronico Judaico *Seder Olam*, ubi tamen anni non annotati sunt. Seriem Pontificum tradit quidem Josephus, sed absque annorum assignatione. Eusebius in priore lib. Chron. (edit. Græcæ) numerat annos, paucis omissis. Aliud quoddam vetustum Chronicon Græcum (quod à Casaubono Scalig. nactus est) omnibus annos assignavit: sed non constat, unde desumpti sint. Eusebii vero numeri multo rectius Historiis congruunt. Sunt qui è Josepho colligant, summam rerum post Zorobabelem penes solos Pontifices fuisse, exclusis plane posteris Davidis. Sed aperte refragantur Historiæ Judæorum. Et Josephus recte inspectus contrarium testatur, lib. 11. c. 4 Hasmonæos *mutato rerum statu* regimen obtinuisse. Hoc quidem verum est, maximam potestatem penes Pontifices fuisse, sed non ideo nulla fuit Ducum. Vide quæ de Josepho duce Josephus commemorat lib. 12. cap. 4. 5. Cæterum Pseudo Philonis-Anniani traditiones de Ducibus & Pontificibus nihil moramur. Recensebimus eos è Seder Olam.

DYNASTIA IV. ἡγεμονική.

DUCES JUDÆORUM POST CAPTIvitatem Babilonicam, usq; ad Maccabæos.

Anni Mundi.

3419 1. Zorobabel *filius Sealthiel, dux primus post captivitatem, ultra 110. annos præest.*

2 Mesullam.

3 Hananias.

4 Berechias.

Anni

Anni Mundi.

5 Hasadias.
6 Isaias.
7 Obadias:
8 Sechonias.
9 Sellemaja.
10 Naadias.
11 Hiskias.

PONTIFICES JUDÆORUM USQUE ad Maccabæos è Nehemia & Josepho.

3419. 1. Jehosua, *vel (ut in Esra scribitur)* Jesua, *filius Iozedek ultra 110. annos praeft.*

2 Jojachim *filius. Nehem. 12. v. 10.*

3 Eliasib *filius, Nehem. 12. v. 10. annos 34.*

4 Jojada *filius, ibid. v. 11.*

5 Jonathan *F. ibid. annos 32.*

6 Jaddua *F. ibid. Hic Alexandrum Magnum iratum flexit, obviam procedens, Ioseph. lib. 11. c. 8. annos 20.*

Hujus frater Manasses, filiam Saneballati in uxorem duxit, & permissu Alexandri novum Templum in monte Garizim extruxit & novum cultum instituit; Nehem. 13. v. 28. Ioseph. lib. 10. c. 8.

7 Onias Priscus *F. 1. Macc. 12. v. 20. Ioseph. lib. 11. c. 8. annos 21.*

8 Simon Justus *F. Ioseph. lib. 12 Syrach. 50. tempore Ptolemai Lagi. annos 9.*

9 Eleazar *frater Simonis Iusti, tempore Ptolemai Philadelphi, Ioseph. lib. 12. c. 2. an. 32.*

10 Manasses *patruus Simonis & Eleaz. ann. 26.*

Anni Mundi.

11 Onias II. *filius Simonis Iusti, ob avaritiam negat Ptolemæo tributa. Ioseph. l. 12. c. 3. annos 14.*

12 Simon II. *F. cujus tempore Syracides vixit, Ioseph. lib. 12. c. 4. annos 20. Huius filii quatuor disceptantes de Pontificatu miras turbas dederunt, & Antiochum Epiphanem in perniciem Iudææ attraxerunt.*

13 1. Onias III. *pius sub Seleuco Philopatre, negat Heliodoro thesauros, 2. Macc. 3. v. 4.* 2. Iason, *ope Epiphanis adeptus Pontificatum.* 3. Onias *seu* Menelaus, *fratri Pontificatum eripit: interfectus ab Eupatore Epiphanis filio, Ioseph. lib. 12. c. 3. 4.* Lysimachus, *2. Macc. 4. v. 29.*

Alcimus, *non è familia Pontificali oriundus, à Demetrio suffectus, 1. Macc. 7. v. 5. 9. Alio nomine Iacimus, Ioseph. lib. 20. cap. 8 annis tribus præfuit.*

Onias Oniæ III. *F. in Ægypto ædificat Heliopoli aliud templum, Hierosolymitano simile, Iosep. lib. 13. cap. 6.*

Sequuntur aliæ Politiæ.

Regna in primâ Monarchiâ exorta, hic repetenda sunt, ut 1. ÆGYPTIORUM, quod ad Persas transtulit Cambises. Et quia aliquoties rebellârunt, semper sub jugum redacti sunt, usque ad tertiam Monarchiam Græcorum. *Herod. Diod.*

2. ROMANORUM, cujus insignis mutatio de regio statu in Democraticum sub Consulibus tempore Darii Hystaspidæ. Inde anni 60. ad Decem viros, *Cicerone* teste, paulò pòst rursus res ad Coss. rediit, inde Tribuni militum consulari potestate, tandem Consulum potestas restituta, quæ in quartam usque Monarchiam permansit. Ex *Liv. & Dionys.*

3. LACE-

3. LACEDÆMONIORUM Respublica, & ATHENIENSIUM, quæ annuis suis Archontibus magnam lucem historiis infert. Harum duarum præcipuè, memorabilis victoria de Xerxe celebratur, *Herod. Diodor.* &c Et posteà utriusque mutuum bellum, Peloponnesiacum, quo Athenienſas prorsus attriti. *Thucyd.*

4. THEBANORUM Respubl. quæ non multo post bellum Peloponnesiacum, vires Lacedæmoniorum vehementer fregit, ipsa verò paulò post ab Alexandro M. omninò destruitur. *Diodor. Iustin.*

5. PHOCENSIUM Resp. de qua nihil memorabile præter Bellum Sacrum, circa Monarchiæ hujus finem. *Diod.*

6. MACEDONICUM regnum, de quo pauca ante Philippum Alexandri patrem. Uterq; mutuis Græcarum civitatum bellis & ruinis, potentiam suam auget. *Vide Iustin. lib. 8. 11.*

7. SICILIÆ regnum, cujus tyrannus Gelo memoratur cum successoribus: durat in tertiam usque Monarchiam à Xerxis tempore. *Diodor.*

8. FRANCORUM regnum ex Trojanis oriundorum, qui à Marcomiro Antenoris F. ex Scythiâ ducuntur ad ostia Rheni, ibique sedibus fixis per multa sæcula habitant usque ad annum Christi 419 quo tempore in Galliam transierunt, imperante Theodosio juniore, teste *Tritem. & Paulo Æmilio.*

TERMINUS IV.

TERTIA MONARCHIA GRÆCORUM.

SEQUITUR *Tertia Græcorum*, cujus conditor Alexander Magnus Philippi Macedonis F. victo ad Arbela Da

cornua ad Occidentem, Aquilonem & Meridiem, ubi notandum Orientem non poni, quia Persia in ipso Oriente sita est. *Occidentem* impugnat; cum Syriam subegit, Palæstinam, Babylonem. *Aquilonem*, quando Scythas, quod à Cyro & Dario Histaspida factum, *Herod.* Item Lydiam à Cyro subactam notat, id. *Meridiem* ubi Ægyptum Cambyses subjugavit, & rebellem Xerxes recepit. *Herod.* item Artaxerxes Longimanus; *Diod.* item Ochus, teste *Manetho & Diodoro.*

Duravit ad annos 200. à tempore occupatæ Asiæ. Sed ab initio Cyri annos 228. *Agathia* auctore, seu connumeratis initio & fine, annos 230. *Euseb.* Hinc *Dionys. lib. 1.* inquit, paulo supra annos 200. stetisse. Finis est in Dario ultimo, quem *Iustinus* Codomannm vocat. Hic victus & imperio dejectus ab Alexandro Magno, anno Olympiad. 112. 2. incunte, *Diod. lib. 7.* Qui *Hircus est* Danielis, *cap. 8.* interprete Angelo, *vers. 21.* Dicit Propheta, *neminem potuisse Arietem liberare.* Nam Alexander pecuniam omnem respuit, & regni partem oblatam repudiavit. Solus rerum potiri cupiebat, quia sc. nec mundus duos Soles ferre posset. Vide literas mutuas Darii & Alexandri apud *Curt. lib. 4. initio, & Iustin. lib. 11.*

Cæterum cum sub initium hujus Monarchiç desinat Chronologiæ in Bibliis continuatio; singulari Dei beneficio factum est, ut circa idem tempus extera Historia quasi in locum succedat, & compluribus Epochis diversis, præcedentia ac sequentia tempora cum Biblica historica connectat, ut sunt, *1. Olimpiades*, *2. Stadionica* (id est, victores in singulis Ludis Olympicis.) *3. Archontes Atheniensium*, *4. Anni urbis conditæ*, *5. & Romani Consules*, *6.* inprimis vero *Æra Nabonassari* Astronomica, quæ vel sola auro contra cara

eſt. De aligatoine harum ærarum ad annos mundi vide tres eruditas diſputationes *Ioannis Behm Theologiæ D. & Pro. feſſ Regiomont.*

Nunc recenſebimus ordine Reges Monarchiæ Perſicæ, additis ad marginem præcipuis Synchroniſmis.

Ann. Mund.	*Anni regiminis.*	Synchroniſmi præcipui Virorum & eventorum.
3391	CYRUS *incipit regnare in Perſia. Progreſſus poſteà, Monarchiam adipiſcitur plurimis regnis ſubactis.* 30	*Hic Captivitatem Babilonicam ſolvit.*
3421	Cambyſes, *Cyri F qui pellem detraxit Otani iniquo judici. Ægyptium regnum deſtruit.* 8	
3428	*Magi per vim regnum tenent,* menſ. 7	
3429	Darius, *Hyſtaſpis filius, occiſis Magis.* 36 *Fulmine cõformatum ad regnum deſignatus induſtria equiſonis Oebaris. Herod. Iuſtin.*	*Sub hoc initium Coſſ. Rom.* *Zopyrus.* *Heraclitus Philoſophus.*
3465	Xerxes, *qui in Bibliis,* Achſueros *dicitur. Nam Hebraei non poſ-*	Memorabilis expeditio Xerxis in Græciam. *Æſchylus Poëta.*

 ſunt

Anni Mundi.	*Anni regiminis.*	Synchronismi præcipui virorum & eventorum.
	sunt ab initio vocis du- æ consonas ut, pt, st, ξ, enunciare, idea præpo- nunt Aleph, sicut & in aliis multis, ut Aphi- tholmi, *id est, Ptole- maus,* Achsan, *vel* A- xan, *id est* ξέρξης, *in Targ. Hieros. Sic* Asta- cton, *id est,* στακτὴν *Sic* Axuers, *vel* Achue- ros, *pro* Xuers, *vel* Xer- xes. *Maritus Esthera hic fuit, ut plurima o- stendũt. Nomẽ certè A- chasueri propius acce- dit ad Xerxen, quam Ataxerxis ad Artach- sastan, de quo tamen nullum dubiũ unquam*	*Pindarus Poëta. Themistocles, dux Græcorum. Aristides. Empedocles, Physicus.*

fuit. Considerandum etiam, hæc nomina Persica esse Barbara, quæ in diversis Linguis diversos sonos nanciscuntur, eo quod ad suam normam qualibet lingua paululum illa inflectat: & fortasse rectius ab Hebræis quam Græcis enunciata fuere.

[illegible]	Artaxerxes Longimanus, *cui altera manus longior fuit, vel (ut*	*Democritus Physicus. Hippocrates Medicus.*

Anni Mundi.	*Anni regim.*	Synchronismi præcipui Virorum & eventorum.
	Strabo, cujus brachia ad genua usq; protensa fuere.	*Euripides*, *Sophocles* } *Poëta.*
	40	*Herodotus Historicus.*
3526	Darius Nothus. 19	*Sub hu* Bellum Peloponnesiacum.
		Thucydides.
		Socrates.
		Haggæus & *Zacharias* } *Propheta.*

Hunc Darium esse eum, cujus anno 2. Templum reædificatum, præter cætera documenta Scaliger ex Esr. 4. & 7 capp. ostendit. Nam cap. 4. v. 5. dicitur, irritum factum esse decretū de instauratione Templi omnibus diebus Cyri, & usq; ad regnum Darii (Hystaspidę) ubi particula (usq;) inclusivè, sicut sæpe alias, accipitur. Vers. 6. sequitur Achsueros. V. 7. sequitur Artachsasta, seu Artaxerxes. V. 24 sequitur Darius, cujus anno 2. templum extructum. C. 7. v. 2. sequitur alius Artaxerxes, à quo missus fuit Esdras. Habes hic 1. *Cyrum*. 2. *Darium* 3. *Achsuerum*. 4. *Artachsastam*. 5. *Darium*. 6. *Artachsastam aliū*, ordine collocatos. Jam confer cū Historiis, & ubinam reperies Darium inter duos Artaxerxes, nisi Darium Nothum? Confirmatur præterea, quod antea de Achsuero dictum, eum esse Xerxen, & serie scilicet antecessorum & successorum. Historię enim signumerant reges Persicos. 1. *Cyrus*. 2. *Cambyses* (Magorum non habetur ratio) 3. *Darius Histaspis*. 4. *Xerxes*. 5. *Artaxerxes Longimanus*. 6. *Darius Nothus*. 7. *Artaxerxes Mnemon*. Hæc cum serie Esdræ elegantissimè congruunt. Solus Cambyses expresse quidem non nominatur, comprehenditur tamen phrasi. *Vead*, & *usq;* ad regnum Darii. Quod autem alii turbata serie Esræ, per Achsuerum & Artaxerxen intelligunt eundem, ajentes hæc nomina esse dignitatis omni-

bus regibus communia, non Regum nomina propria; præterquam quod probare id non possunt, repugnant etiam tam cæteris Historiis, quæ *Artaxerxis* nomen pro vero nomine Impositionis habent, ut vel è Plutarcho in Artaxerxe constat, quam ipsi textui, diversis nominibus hos reges appellanti & tam distincte de vtroque diversa commemoranti. Quare crimen falsi est in vulgata versione, *in diebus Achsueri, ipse est Artaxerxes*. Nuspiam id in Hebræo extat, sed est commentum infelicis glossatoris. Caussantur illi intervallum à Cyro ad Darium Nothum, quod est annorum 107. ubi vixisse adhuc Zorobabelem & Josuam, non credunt. Sed inconsiderate! 1. Annon adhuc hodie reperiuntur, qui vitam ad annos 120. 130. 140. 150. extendunt? Vide Scal. Elench. Parei. Deinde, si hoc absurdum, ipsi erunt absurdissimi, qui intervallum longius coguntur statuere à Nehemia anno 20. Longimani, ad Alexandrum Magnum, cujus tempore Nehemias adhuc vixit, Nehem. 12. Joseph. lib. 11. cap. ult nisi omnes Historias, tot certissimis Epochis, Olympiadum, Annorum Urbis, Consulum, Archonton Atheniensium, Stadionicarum, Æræ Astronomicæ Nabonassari &c. ut particulares, à Thucydide (qui sui temporis historias profecto ignorare non potuit,) ab Eratosthene, à Cicerone, à Dionysio Halicarnasseo &c. annotatas taceam, firmatas & munitus, impudenter & stolide negare velint; quod tamen quidam nō verentur, nec agnoscere volunt, quam stultum sit, credere, Romanos, Asiaticos, Græcos, Africanos, aliosque Historicos diversissimis regionibus viventes, tam exacte diversis epochis congruentes, in mendacium tam concorditer conspirasse.

Anni

Anni Mundi.	Anni Regiminis.	Synchronismi celebriores virorum & eventorum.
3545	Artaxerxes Mnemon. 40. *Hic Esram misit Hierosolymam, & postea Nehemiam, ad absolvēda, quæ ad restaurationem politiæ Iudaicæ adhuc desiderabantur.*	*Alcibiades.* *Aristophanes.* *Isocrates.* *Pax Antalcidæ.* Pugna Leuctrica.
3588	Artaxerxes Ochus, *tyrannus.* 23	*Sub Ocho* Bellum sociale. Bellum Sacrum.
3611	Arses, *vel* Arsames 4	*Plato. Diogenes Cynicus.*
3614	Darius *ultimus*, Codomannus *à Iustino appellatus.* 6	*Aristoteles.* *Demosthenes & Æschines.* *Euclides.*

Hunc anno sexto Alexander Magnus debellatum vicit, & Monarchiæ secundæ finem imposuit.

SYNCHRONISMI
aliarum Politiarum.

IN secundam Monarchiam cadunt 1. *Res Ecclesiæ* post captivitatis Babylonicæ, solutionē in Dynastia 4. ἡγεμονικῇ, sub Ducibus usque ad Alexandrum Magnum, perturbatæ sane & afflictæ. Ædificium templi secundi sub Dario. Historia Esræ & Nehemiæ. Initium 70. Danielis Hebdomadum.

DYNASTIA 4. Ducum Judaicorum negligenter admodum à veteribus consignata est. Nuspiam enim eo-

rum nomina post Scripturæ Sacræ historiam, quæ in Nehemia & Paralipomenis terminatur, extant, nisi in Chronico Judaico *Seder Olam*, ubi tamen anni non annotati sunt. Seriem Pontificum tradit quidem Josephus, sed absque annorum assignatione. Eusebius in priore lib. Chron. (edit. Græcæ) numerat annos, paucis omissis. Aliud quoddam vetustum Chronicon Græcum (quod à Casaubono Scalig. nactus est) omnibus annos assignavit: sed non constat, unde desumpti sint. Eusebii vero numeri multo rectius Historiis congruunt. Sunt qui è Josepho colligant, summam rerum post Zorobabelem penes solos Pontifices fuisse, exclusis plane posteris Davidis. Sed aperte refragantur Historiæ Judæorum. Et Josephus recte inspectus contrarium testatur, lib. 11. c. 4. Hasmonæos *mutato rerum statu* regimen obtinuisse. Hoc quidem verum est, maximam potestatem penes Pontifices fuisse, sed non ideo nulla fuit Ducum. Vide quæ de Josepho duce Josephus commemorat lib. 12. cap. 4. 5. Cæterum Pseudo Philonis-Anniani traditiones de Ducibus & Pontificibus nihil moramur. Recensebimus eos è Seder Olam.

DYNASTIA IV. ἡγεμονική.

DUCES JUDÆORUM POST CAPTIVITATEM BABILONICAM, USQ; AD MACCABÆOS.

Anni Mundi.

3419 1. Zorobabel *filius Sealthiel, dux primus post captivitatem, ultra 110. annos præest.*

2. Mesullam.

3. Hananias.

4. Berechias.

Anni

Anni Mundi.

5 Hasadias.
6 Isaias.
7 Obadias.
8 Sechonias.
9 Schemaja.
10 Naadias.
11 Hiskias.

PONTIFICES JUDÆORUM USQUE ad Maccabæos è Nehemia & Josepho.

3419. 1. Jehosua, *vel (ut in Esra scribitur)* Jesua, *filius Jozedek ultra 110. annos praeest.*

2 Jojachim *filius. Nehem. 12. v. 10.*

3 Eliasib *filius, Nehem. 12. v. 10. annos 34.*

4 Jojada *filius, ibid. v. 11.*

5 Jonathan *F. ibid. annos 32.*

6 Jaddua *F. ibid. Hic Alexandrum Magnum iratum flexit, obviam procedens, Joseph. lib. 11. c. 8. annos 20.*

Hujus frater Manasses, filiam Saneballati in uxorem duxit, & permissu Alexandri novum Templum in monte Garizim extruxit & novum cultum instituit; Nehem. 13. v. 28. Ioseph. lib. 10. c. 8.

7 Onias Priscus *F. 1. Macc. 12. v. 20. Ioseph. lib. 11. c. 8. annos 21.*

8 Simon Justus *F. Ioseph. lib. 12 Syrach. 50. tempore Ptolemai Lagi. annos 9.*

9 Eleazar *frater Simonis Iusti, tempore Ptolemai Philadelphi, Ioseph. lib. 12. c. 2. an. 32.*

10 Manasses *patruus Simonis & Eleaz. ann. 26.*

11 Onias

3. LACEDÆMONIORUM Respublica, & ATHENIENSIUM, quæ annuis suis Archontibus magnam lucem historiis infert. Harum duarum præcipuè, memorabilis victoria de Xerxe celebratur, *Herod. Diodor.* &c. Et posteà utriusque mutuum bellum, Peloponnesiacum, quo Athenienses prorsus attriti. *Thucyd.*

4. THEBANORUM Respubl. quæ non multo post bellum Peloponnesiacum, vires Lacedæmoniorum vehementer fregit, ipsa verò paulò post ab Alexandro M. omninò destruitur. *Diodor. Iustin.*

5. PHOCENSIUM Resp. de qua nihil memorabile præter Bellum Sacrum, circa Monarchiæ hujus finem. *Diod.*

6. MACEDONICUM regnum, de quo pauca ante Philippum Alexandri patrem. Uterq; mutuis Græcarum civitatum bellis & ruinis, potentiam suam auget. *Vide Iustin. lib. 8. 11.*

7. SICILIÆ regnum, cujus tyrannus Gelo memoratur cum successoribus: durat in tertiam usque Monarchiam à Xerxis tempore. *Diodor.*

8. FRANCORUM regnum ex Trojanis oriundorum, qui à Marcomiro Antenoris F. ex Scythiâ ducuntur ad ostia Rheni, ibique sedibus fixis per multa secula habitant usque ad annum Christi 419 quo tempore in Galliam transierunt, imperante Theodosio juniore, teste *Tritem. & Paulo Æmilio.*

TERMINUS IV.

TERTIA MONARCHIA GRÆCORUM.

SEQUITUR *Tertia Græcorum*, cujus conditor Alexander Magnus Philippi Macedonis F. victo ad Arbela Da-

rio ultimo Persarum rege. Significatur apud Dan. per *Tertiam Bestiam*, Pardum quadricipitem & πτεράπτερον: item *Dan.* 8. per *Hircum quadricornem*, qui expresse rex Græcorum dicitur, vers. 21. Huc facit quod Græci ante primum Alexandri cum Persis congressum, quando conventum in Isthmo habuere, communi suffragio ducem Alexandrum contra Persas elegerunt, *Plutarch. Alexand.*

Pardo alato assimilatur ob admirandam velocitatem. Duodecim enim annis pene universum orbem terrarum subegit, testibus historiis, unde cornupetæ Hirco comparatur, qui terram non contingat. *Dan. 8. vers. 5.* & quidem ab Occidente, Græcia sc. quæ respectu Asiæ ad Occidentem sita est. Afferrunt & plures comparationis causas, quod pardus sit variis maculis conspicuus, quod pellem habeat odoriferam, quod alias bestias venetur, naturæ sagacitate polleat, vino capiatur. Ita enim Alexander multis virtutibus & vitiis pexmixtis conspicuus fuit, è membris ejus suavis exhalavit fragrantia, regna multa ac varia subegit, in acie instruendâ circumspectissimus & sagacissimus fuit, denique vino quoque superari se passus fuit, quem nulla vis domare potuit, ut hæc à *Plutarcho, Ariano, Diodoro, Curtio* &c. prolixe describuntur.

Hirco Caprarum etiam propter intemperantiam comparatur, sive id ad Alexandrum referas, sive potius ad luxum, mollitiem & libidines regum sequentium. Vide *Strab. compendiose lib. 17.* Sunt qui exponant de eo quod Alexander constitutus fuit dux Græcorum. Peculiariter autem Alexander notatur per *insigne Cornu in fronte Hirci*, quia rex primus in hac Monarchiâ fuit. *Dan. 8 v. 21.*

Universa terra imperium tribuitur ei, *Dan. 8. v. 5. & cap. 2. v. 39.* sicut *Iustin.* inquit, incertum esse utrum admirabilius

lius sit, Alexandrum vicisse *Orbem*, quam vincere aggressum esse. Adeo enim totum terrarum orbem nominis Alexandri terror invaserat ut cunctæ gentes veluti destinato sibi regi adulati fuerint. Hac igitur de causa in Babyloniam festinavit velut convivium Orbis terrarum acturus, *Iustin.lib.12. Vide & Arrian.lib.7.*

Comparatur *Ventri* Dan 2. ad significandam summam Alexandri intemperantiam, de qua *Curt.lib 5. Iustin. lib. 12.* velut supra. *Ventri Æneo*, quod fama ejus atque rerum gestarum gloria (unde Magni cognomen tulit. *Curt.l. 1.*) totum terrarum orbem personuerit. Æs enim est tinnulum & sonorum. *Vide rursus Arrian.d.l.*

Cæterum *Quatuor capita Pardo, & Hirco Quatuor cornua* attribuuntur, propter quatuor Regna principalia, quæ post obitum Alexandri ex hoc imperio enata sunt, videlicet, Syriacum, Ægyptiacum, Macedonicum, Asiaticum; interprete *Dan cap 8 v 22* & teste *Polybio lib 5 p.473.* Quamvis enim *Curtius & Iustin.* & c. plures Satrapias pro numero scilicet Ducum recenseant, tamen manifestum est, quatuor illas præcipuas fuisse. Nam & *Iosephus* tantum Syriæ, Ægypti, Macedoniæ, Asiæ & Hellesponti dynastas tanquam potiores enumerat, quibus in mutua bella ruentibus cæteri se adjunxerunt, atq; ita paulatim absumpti fuerunt. Et quanquam ab initio rerum summa ad Aridæum Alexandri fratrem delata fuit, eique administrator adjunctus Perdiccas, ut apud *Curt. videre est*, Postea tamen interfecto Aridæo Duces illi regium titulum usurpare cœperunt, *Iust. lib. 15. Plutarch. Demetr.* &c. Regnum Asiæ brevi tempore ad Syria regnum accessit, itemq; Hellespontus.

Interea Romanæ urbis crevit potentia, quæ progressu temporis omnia ista regna in potestatem suam redegit,

REGES MONARCHIÆ TERTIÆ Græcorum.

Ann. Mund.	*Anni regiminis.*	Synchronismi celebriores virorum & eventorum.
3614	*ALEXANDER MAGNUS.* 12. *menf.* 7	*Phocion Atheniensis.*

1. Reges Syriæ & Babylonæ, *seu* Dynastia Seleucidarum.

3638	Seleucus Nicanor, *seu* Nicator, *dux Alexandri, postquam Lysimachum vicisset, occiditur & ipse à Ptolemæo Cerauno Lysimachi affine.* 30	*Megasthenes historicus:*
3668	Antiochus Soter. 21	*Berosus historicus.*
3689	Antiochus Theos. 15	*Zeno Philosopus.*
3704	Seleucus Callinicus. *Ejus frater Antiochus Hierax.* 20	Bellum Punicum I. *Amilcar, dux Carth.* *Chrysippus Philosophus.*
3724	Seleucus Ceraunus. 3	*Polybius historicus.*
3726	*ANTIOCHUS MAGNUS, affectat regnum Ægypti tam vi quàm dolo. A Romanis in ordinem redigitur.* 37	Bellum Punicum II. *Hannibal dux Charthag.* *Archimedes Mathematicus.* *Ennius* } *Plautus* } *Poëtæ.*
3763	Seleucus Philopator, *vel* Soter. 12	

Anni Mundi.		*Anni regiminis*	Synchronismi celebriores virorum & eventorum,
3775	ANTIOCHUS EPIPHANES *tyrannus celebratissimus ob inauditam crudelitatem erga Iudæos inprimis, in profanatione Templi & prohibitione Legis &c. Ob id* Epimanes *dictus.*	12	*P. Scipio Africanus.* *Carneades Philosophus.* *Maccabæi seu Hasmonæi.* *Terentius Comicus.*
3786	Antiochus Eupator.	2	
3788	Demetrius Soter, *obses Romæ elabitur & regnum occupat.*	11	Bellum Punicum III. *Scipio Africanus junior.* *Carthago deleta.*
3798	Alexander Bala *seu* Velos, *extraneus, à Ptolemæo subornatus, Syriam occupat. Et ab eodem pellitur.*	6	
3804	Demetrius Nicanor, *Demetrii Soteris F.*	5	
3806	Antiochus Entheus, *puer à Diod. Tryphone in regnum Syriæ reducitur ex Arabia, & postea necatur.*	2	
3808	Tryphon *extraneus, solus, fugato Demetrio*		

Nica-

Anni Mundi.		*Anni regiminis.*	Synchronismi præcipui virorum & eventorum.
	Nicanore, & occiso Antiocho Entheo.	3	*Hipparchus Astronomus.* *Lucilius Poëta.*
3811	Antiochus Sidetes, *Demetrii Nicanoris, apud Parthos captivi frater, pulso Tryphone. Pius &* Soter *dictus ob beneficia in Iudæos, quos tamen etiam graviter afflixit.*	10	*Numantia deleta.*
3821	Demetrius Nicanor *iterum regnat, dimissus è captivitate Parthica.*	3	
3824	Alexander Zebenna, *extraneus, à Ptolemæo Physcone subornatus contra Demetrium. Et postea ingratus pellitur ab eod.*	2	
3826	Antiochus Grypus (*à naso ita dictus) Demetrii filius. Impugnatus à fratre suo* Antiocho Cyziceno, *diuturno bello conflictatur.*	29	*Lucretius Poëta.* *Mithridates rex Ponti.* Bellum Jugurthinum.

Anni Mundi.	Anni regiminis.	Synchronismi præcipui Virorum & eventorum.
	tructâ Bibliothecâ Alexandrinâ. Qua occasione etiam Biblia in Græcum sermonem conversa. 38	*Epicurus.*
3703	Ptolemæus Evergetes. *Bello vicit Seleucum Callinicum Syriæ regem, qui sororem Ptolemæi novercam unà cum filio interfecerat.* 26	*Sirach. Callimachus.*

3729 Ptolemæus Philopator (*per antiphrasin ita dictus*) *qui interemit patrem, matrem & fratrem. Incestus & voluptarius. Vicit Antiochum Magnum.* 17

3746 Ptol. Epiphanes, *quinquennis.* 24

3770 Ptol. Philometor, *per antiphrasin ita dictus, cùm matri invisissimus fuerit, Paus.* 35

3805 Ptol. Physcon (*sic dictus à ventris saginâ ad instar farciminis*) *aliàs* Evergetes II. *per antiphrasin dictus, fuit enim crudelissimus. Filium truncatis manibus & pedibus & capite matri inter epulas misit in festivitate diei natalis.*

3834 Ptol. Lathurus *seu* Lamyrus. *Ab Eusebio vocatur Physcon, ab Epiphanio* Soter. *Crudelis. Interfecit multa Millia Iudæorum, & coëgit captivos vesci occisorum carnibus. Ioseph.* 16

3850 Ptol. Alexander *frater Lathuri, ejecti à matre Cleopatra*

Anni Mundi *Anni regiminis.*

3656 Demetrius Poliorcetes, *rex Asiæ (filius Antigoni, ducis Alexandri Magni) ascitus ab Alexandro Cassandri f. regnum occupat.* 6

3962 Pyrrhus *rex Epiri, ejecto Demetrio, unà cum Lysimacho dynast à Thraciæ regnat.* mens. 7

3662 Lysimachus *dynasta Thraciæ, dux Alexandri Magni.* 5

3667 Ptol. Ceraunus (*frater Ptol. Philadelphi regis Ægypti) Lysimacho à Seleuco occiso regnum occupat, & tenet per dies 210. Viduam Lysimachi sororem suam Arsinoën ducit in uxorem, & paulò post in exilium pellit.*

3667 Meleager, *occiso à Gallis Cerauno.* mens. 2

3667 Antipater, *occiso à Gallis Meleagro, dies 45.*

3668 Sosthenes *pellit Gallos.* 2

3670 Antigonus Gonates, *Demetrii Poliorcetæ filius, recuperat tandem regnum Macedoniæ, quod penes ejus posteritatem permanet usque ad finem. Vicissim Asiæ regno excidit, atq; illud ad Seleucidas belli jure transiit.* 36

3706 Demetrius II. *filius Antigoni.* 10

3716 Antigonus III. *cognomento* Doson, *quòd multa promitteret & non præstaret, tutor Philippi, cujus nomine regnavit.* 13

3729 Philippus Demetrii II. *filius. Cum Romanis belligeratur. Vincitur, & à Rom. libertas restituitur Græciæ.* 42

3771 Perseus, *ultimus rex Macedoniæ, à Romanis vincitur & perpetuo carceri mancipatur. Ita Romani potiti sunt Macedonià.* 11

DYNASTIA V. JUDÆORUM.

ἀρχιερατικὴ,

Pontificum ſtirpis Haſmonææ, ſeu Maccabæorum, à tempore Antiochi Epiphanis, & Templi repurgati.

Anni Mundi.	*Anni regiminis.*	Synchroniſmi celebriores qui ad Judæam pertinent.
3783	Judas Maccabæus, *filius Matathiæ Aſmonæi, Templum repurgat, & exemplo patris ſtrenuè Antiocho ſe opponit, ac profligat.* 6	
3789	Jonathas *frater Iudæ, itidem ſtrenuus heros, ab Alexandro Syriæ rege Pontifex conſtituitur.* 18	
3807	Simon *frater Iudæ, ab univerſo populo Iudaico princeps conſtituitur.* 8	
3815	Johannes Hircanus, *filius Simonis. Templum in Garizim deſtruit, quod Manaſſes ædificaverat, & Samariam evertit.* 31	Sub hoc exortæ Sectæ, Phariſæorum, Sadducæorum, Eſſenorum.

Anni Mundi.		Anni regiminis.	Synchronismi celebriores qui ad Judæam pertinent.
3843	Aristobulus Fil. Primus resumit titulum Regis.	1	
3849	Alexander Jannæus, Hircani F. fortunatus princeps.	27	
3873	Alexandra Salome, uxor Iannai, marito mortuo.	9	
3882	Hircano fratre maiore pulso Aristobulus, junior fil. Iannai. Captus a Pompejo.	3	Hierosolyma à Pompejo capta.
3885	Hircanus à Pompejo restituitur, in Sacerdotium absq; regno.	23	
3910	Antigonus filius Aristobuli, Hircanum truncatum auribus captivum mittit in Parthiam.	3	
3913	Herodes expugnatâ Hierosolymâ Antigonum interfecit, & ipse regnum ex Romanorum concessione arripit. Ita defecit stirps Maccabæorum initio Monarchiæ IV.		

2. Dynastiam Thraciæ Lysimachus unus è ducibus Alex ad annos 40. tenuit, occisus postea à Seleuco, Appian. Diodor. Iust.

3 Eodem tempore à Lysimacho defecit præfectus Pergamensis Philetærus, unde ortum regnum Pergamense seu Bithyniæ. Eumenis, Attali, &c. Strab. l. 13. De quibus aliquoties

ties in historia Romana. Regnum tandem, deficiente stirpe, ad Romanos ex testamento devenit.

4. *Regnum Parthorum*, qui à Syriæ regibus Callinico & Hierace fratribus in mutua bella ruentibus defecerunt, & in magnam potentiam excreverunt, adeo ut sequentibus temporibus multum negotii Romanis facesserint, durat in quartam usq; Monarchiam ad tempora Alexandri Severi Imperatoris, ut videre est *è Iust. lib. 41. 42. Appiano & Sexto Ruf.*

5. *Regnum Scotorum* initium sumit circa tempora Alex Mag. *Hector Boëth.* ac durat per multa secula huc usq;. Ejus mentio in *Tacito, Solino.*

6 Regna *Armeniæ, Ponti, Epiri, Cappadociæ, Numidiæ, Mauritaniæ*, de quibus in historia Romana mentio, distituuntur temporum continua serie.

7. Respublicæ Græcæ *Spartana, Attica, Rhodia*, item *Massiliensis*. Spartana Lacedæmoniorum, tempore Antigoni regis Macedoniæ occisis regibus insignem politiæ mutationem experta, paulò pòst in Tyrannos incidit, Machanidam & Nabin, à quibus tamen liberata tandem fuit, *Iustin. l. 28. Pausan. Plutarch Philopœm.* &c. Atheniences statim à morte Alexandri variè affl cti per Antipatrū. Cassandrum F. Demetriū Asiæ regem, & Antigonū Gonatam. Tandem libertati restituuntur, *Iust. l. 13. Diodor. 19. Plutarch. Demetr.* Respublica *Carthaginensis* deleta à Romanis, *Plin. Diod.* &c.

8. *Regnum Siciliæ* durat ad tempus belli Punici secundi, quo à Romanis Sicilia occupata. *Liv. l. 24.* &c.

9. *Respublica Romana* inter omnes alias emicuit, ut facile appareat, quomodo ad Monarhiam capessendam aditum sibi fecerit, labente paulatim Seleucidarum, Macedonum & Ptolemæorum imperio. Celebrantur hic potissimum:

tissimum: Bellum Tarentinum cum Pyrrho, anno Urbis conditæ 473. *Plin. Bellum Punicum* I. anno U. C. 488. *Liv.* Bellum Gallicum Cisalpinum, anno U. C. 527. *Polyb. Eutrop. Bellum Punicum* II. anno U. C. 534. *Liv. Polyb. Eutrop.* Bellum Macedonicum cum Philippo anno 552. Bellum cum Antiocho, anno 562. Bellum Macedonicum II. cum Perseo, anno 581 *Bellum Punicum* III. anno 604. *Solin. Eutrop.* Bellum cum Viriato, anno 603 *Flor. Eutrop* Bellum Achaicum, quo Corinthus eversa. *Flor.* Seditio Tiberii Gracchi. Bellum Cimbricum anno 640. *Tacit.* Bellum Jugurthinum, anno 64[illegible] *Sallust. Eutrop* Bellum sociale Marsicum anno 665 *Solin. Flor* Bellum Mithridaticum & civile Syllanum, anno 665 *Eutrop. Flor.* Bellum Gladiatorium, anno 650. *Flor. Eutrop. Appian.* Conjuratio Catilinæ anno 690. *Salust. Flor. Eutrop.* Bellum Gallicum Cæsaris *Cæs. Dion. Sueton.* &c. Bellum Parthicum, quo Crassus occisus *Plutarch. Crass. Bellum Civile Cæsaris & Pompeji*, anno 704 quo Cæsar rerum potitus, *Plutarch. Dion. Flor.* &c.

TERMINUS V.

QUARTA MONARCHIA ROMANORUM.

QUARTA *bestia* à Daniele describitur, ut *ferocissima & terribilis admodum, quæ dentibus ferreis omnia devoret ac comminuat, & reliquum pedibus conculcet, quæque à præcedentibus omnibus planè diversa sit.* Id in nullum aliud prætérquàm Romanum imperium quadrare, res ipsa loquitur. Nullum enim aliud, tantâ potentiâ instructum, successit. Et patet insuper ex eo, quod ejus tempore Christus nasci debuit, *Dan. 2 v. 34.* Sic enim interpretantur lapidem de monte excisum. Christus verò natus sub imperio Augusti,

qui

qui imperavit πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, universæ terræ, *Luc.2.v.1.* Præterea bestia gerens decem cornua est quartum imperium, *Dan.7.v.7.* Tale est Romanum, ut patet ex *Apocal.13.v.1.2.* & *cap.17.v.10,18.* Ubi simul notari potest *Apoc.13.v.2.* huic bestiæ omnia attribui, quæ in præcedentibus singula fuerunt, sicut recte notavit Hieronymus. Est enim *similis pardo*, habet *os leonis, pedes ursi*, atque ita veluti conflata est ex prioribus, & ferociâ potentiâque omnes superat. Quæ forte causa est, cur *Dan.7.* nullum nomen nec certam bestiæ speciem obtineat. Id tamen ad multiplicem politiæ formam & varias mutationes etiam referunt.

Cæterum de potentia Romanorum & victoriis vide compendiose *L. Florum & Sex. Rufum.* Ex quibus colligere est, quamvis Romana Monarchia à certo termino inchoëtur, subactæ scilicet Ægypti, tamen includenda esse tempora quoq; præcedentia. Nam & ante 200. annos Romani formidabiles cæteris populis esse cœperant. Facit huc præconium, quod Romanis Græci in publico Isthmiorum Ludorum conventu dederunt, cum ab iis pacem & libertatem recepissent. *Esse* videlicet *aliquam in terris gentem, quæ suâ impensâ, suo labore ac periculo bella gerat pro libertate aliorum. Nec hoc finitimis aut propinquæ vicinitatis hominibus, aut terris continenti junctis præstet, sed mare trajiciat, ne quod Toto orbe terrarum injustum imperium sit, & ubiq; fas, jus, lex, potentissima sint. Liv.* Factum hoc est tempore Antiochi Magni, annis 166. ante subactam Ægyptum à Romanis.

Ferocia autem illa & crudelitas non tam de dominandi cupitate intelligi potest, quam persecutionibus, quæ sub Ethnicis Imperatoribus Ecclesiam afflixere, & postea sub Antichristo. Unde huic bestiæ coccineus color tribuitur, *Apoc.17.v.3.4.6.*

Propter has causas Dan. 2. *Tibiis Ferreis* comparatur. Ut enim ferrum omnia comminuit, ita Romana potentia domitis & attritis omnibus, imperat per cunctas terræ plagas, quæ quidem in accessæ non sunt, sed ab hominibus habitantur, non solum intra columnas Herculis, verum etiam Oceano, quacunque est navigabilis, primaq; & sola in omni hominum memoria Ortum & Occasum terminos imperii sui posuit, ausa orbis imperium sibi sumere, dominium omnibus in terris constanter obtinet; nec est ulla gens, ut sic dicam, quæ non agnoscat universorum dominam, aut detrectet ejus imperium, *sicut inquit Dionys. Halicarnass. lib.* 1. Deinde sicut ferrum est durissimum, ita hoc imperium diutissime duravit, & durabit ad consummationem mundi. *Dan. 7. v. 9. 26. & c. cap. 2. v. 45.*

Pedibus comparatur *ex parte ferreis, ex parte fictilibus*, quod divisum sit futurum imperium, interprete ipso propheta Dan. 2. v. 41. *Digiti pedum partim ferrei sunt, partim fictiles*, quod modo major, modo minor potentia imperii futura, ut idem exponit v. 42. Quod utrumq; tum in divisione imperii in Orientem & Occidentem, tum in defectione regnorum plurimorum, & Barbarorum irruptionibus ad amussim videre est, temporibus Theodosii, & sequentibus, quando *Vandali, Hunni, Alani, Gotti, Franci, Suevi, Longobardi, Sarraceni* &c. imperium misere delacerarunt, licet sæpius repressi, nonnulli etiam penitus deleti fuerint, usq; dum Occidentem ab Imperatoribus Constantinopolitanis desertum, Carolus Magnus magnam partẽ iterum conjunxit, & Germanorum dynastian excitavit, quem in imperio postea multi fortissimi Heroës secuti sunt, multi etiam imbecilles, qui tamen nunquam ad pristinum florem, & potentiam Imperium distractum potuerunt reducere adeoq; nulla vis, neq; confœderationes, aut

per conjugia contractæ amicitiæ quicquam proficere potuerunt, quemadmodum *Daniel* prædixit v. 43.

Apprime tamen notandum, quamvis ad tantam infirmitatem redigendum fuerint, *plantarum* tamē *Ferri* permansurum & tantum roboris superfuturum semper, ut nemo illud ante novissimum diem extirpaturus, aut penitus destructurus sit, quod & hodierno die manifesto perspicimus. Manet enim adhuc, & durabit ad finem mundi *ἀξίωμα* & Maiestas sacri Romani Imperii, quod penes Germanos est, præ cæteris regnis omnibus. *Unde merito Imperatorem nostrum Augustum & Invictissimum appellemus.*

Cæterum, quandoquidem sunt qui ad Tertiam Monarchiam Græcorum referunt, quod de *Semine humano* apud Daniel. v. 43. dicitur ostendendum est ex Historiis, in Quarta quoq; Monarchia idem reperiri, ac proinde diversa esse vaticinia *Dan. 2. v. 43. & Daniel 11. v. 6. 17.*

Non autem adducam, quod alii afferunt de *Cn. Pompeio & Iulio Cæsare* ejus genero, ne excipiatur, Danielem loqui de Imperio jam labascente. Sed ab ipso eo tēpore incipiam, quo enormiter labefactari Imperiū Romanū cœpit. Igitur in Theodosii Magni familia, cujus temporibus catervatim barbarica diversa agmina irruperunt, quinque vel sex exempla occurrunt tentatæ consolidationis & corroborationis Imperii per conjugia. Nam 1. *Theodosius Magnus* contra Gothos à Gratiano Imperatore missus, & postea consors Imperii factus in Oriente, ducit *Gallam* Gratiani sororem. 2. Ipse *Gratianus* antea in Imperii societatem ascitus duxerat Constantii Imperatoris filiam. *Marcell. lib.* 29. 3. *Placida filia Theodosii Magni*, Gratiani neptis è sorore, soror Honorii Imperatoris, à fratre Imperatore nuptum datur *Constantio* duci, & ipse, Cęsar seu successor in Imperio

 Occi-

Occidentis declaratur *Prosp. in Chron. Sigeb. Iordan.* 4. Ex hoc conjugio natus *Valentinianus III.* Imperator Occidentis, ducit filiam Theodosii II. consobrini sui Imperatoris in Oriente nomine *Eudoxiam, Tripart. lib. 12. cap. 1. 14.* 5. Ex hoc conjugio nata *Eudoxia* nuptum datur *Hunerico*, à Genserico Vandalorum rege, Hunerici patre, 6. *Eudoxia* enim mater Valentiniano III. occiso, coacta fuit nubere *Maximo* cædis autori. Quo conjugio ut liberaretur, evocat Gensericum Vandalorum regem ex Africa. Ille igitur in Italiam ingressus, fugato Maximo, Imperatricem unà cum duabus filiis abducit, & postea remittit, retentâ alterâ, Eudoxiâ, quam filio uxorem dedit. *Marcellin. Nicephor.* 7. Altera soror *Placidia* nupsit *Olybrio* Imperatori Occidentis, qui à Leone I. in Occidentem missus & Imperator constitutus fuit. 8. Leo Thrax Imperator Orientis mittit Anthemium, us sit Imperator Occidentis. Ejus filius *Fl. Martianus* ducit in uxorem *Leontiam*, Imperatoris Leonis filiam. 9. In familia Theodorici Veronensis aliquot exempla extant. Fuit autem *Theodoricus Veronensis rex Gottorum*, qui pace facta cum Zenone Imperatore, à quo Dux militiæ & Consul appellatus fuit, & postea Occidentale Imperium ei commissum, multis connubiis & affinitatibus regnum suum stabilire nisus fuit. Nam (verba sunt Jornandis) missâ legatione ad *Clodovæum regem Francorum*, filiam ejus *Audelfledam* sibi in matrimonium petit. Quam ille grate libenterque concessit, suos filios Hildebertum & Cheldebertum & Thuidebertum credens hac socitate cum gente Gottorum, inito fœdere, sociari. Sed non adeo pacis ad concordiam profuit illa conjunctio, quia sæpenumero propter Gallorum terras graviter inter se decertati sunt (sic loquitur Jornandes) & nunquam Gothus Francis cessit,

sit, dum Theodoricus viveret. Antequam ergo de Audelfleda sobolem haberet, naturales ex concubina, quas genuisset adhuc in Mœsia, filias habuit unam nomine *Theudicodo*, & aliam *Ostrogotho*. Quas mox ut in Italiam venit, regibus vicinis in conjugio copulavit, unam *Alarico* Vesegothatum & aliam *Sigismundo* Burgundionum. De Alarico ergo natus est *Amalaricus*. Quem avus in puerilibus annis utroq; parente orbatum dum fovet atque tuetur, comperit *Eutharicum Witerici F.* Beremundi & Torismundi nepotem, Amalorum de stirpe descendentem in Hispania degere, juvenili ætate, prudentia & virtute, corporisq; integritate pollentem. Ad se eum facit venire: eique *Amalasuentham* filiam suam in matrimonium jungit. Et ut ad plenum progeniem suam dilataret, *Amalafredam* germanam suam, matrem Theodati, qui postea rex fuit, Africæ regi Vandalorumque conjugem dirigit *Trasemundo*, filiamq; ejus, neptem suam *Amalabergam* Thuringorum regi consociat *Hermenfredo*. Hactenus verba Jornandis. Et post pauca, inquit: Nec fuit in parte occidua gens, quæ Theodorico, dum viveret, aut amicitia aut subjectione non deserviret. En quinq; connubia, quibus Imperium Occidentis munire Theodoricus laboravit, quamvis frustra, ut eodem loco Jornandes docet. Vide & *Paul. Diac. & Oth. Frising.* qui ejus consilium describit.

14. Potest & huc afferri *Caroli Magni Imperatoris* consilium, quando per nuptias *Irenes Imperatricis* in Oriente, quas ambivit, conjunctionem utriusq; Imperii rursum molitus est, cum prius Irene legatos ad Carolum misisset petitum filio suo filiam ipsius in uxorem. Ac Irene quidem consensit in nuptias, fuitq; matrimonium utrunq; ratum, sed à proceribus Græci Imperii impeditum. *Theophan. Vita Eginhard.*

15. *Otto Secundus* Imperator Germanus duxit *Theophaniam* filiam Romani junioris Imperatoris Constantinopolitani, anno 967 Alii dicunt filiam Nicephori Imperatoris intellige privignam. *Sigeb. Regib. app. Witich. Cuspinian.* in Otton. I. & II *Luitpr.*

16. *Philippus* Cæsar Friderici Barbarossæ F. duxit *Irenen* Isaici Angeli Imperatoris Constantinopolitani filiam. Filia Philippi postea nupsit Ottoni IV. reconciliationis ergo. *Naucler. Reusn. in Genealog.*

17. Possunt & huc adferri *Michaëlis Palæologi, Iohannis Batazis, Irenes* Andronici Senioris filiæ, connubia. Nec dubito à diligentibus Historiarum lectoribus plura annotari & observari posse. Nobis hæc in præsenti succurrebant.

Decem porrò *Cornua Quartæ Bestiæ* tribuuntur, quæ alii συνεκδοχικῶς pro incerto numero accipiunt; alii communiter ad decem regna præcipua, quæ Romanum Imperiū, dum in flore fuit, comprehendit, referunt ut sunt *Italia, Gallia, Hispania, Germania, Græcia, Asia, Syria, Ægyptus, Africa, & Anglia*, (pro qua alii substituunt Sarmatiam, aut Scythiam) *Parvum* autem *Cornu quod inter decem suppullavit*, de Mahomete exponunt, & Sarracenis, qui ab initio vilissimi, mercenarii scilicet milites, brevi tempore in immensum creverunt, duce Mahometo infimæ sortis homine, occupatâ *Asiâ, Africâ, & Græciâ*, quæ esse *tria Cornua ab ipso decussa* volunt. Quod si quis contendat, plura ab eo dejecta, is consideret, & ab initio tantum tria fuisse, & decem cornua ita enumerari facile posse, ut sequentibus etiam temporibus regno Mahometico optime conveniāt, cùm quidem nullum alias regnum proferri possit, quod in omnibus circūstantiis tam exactè vaticinio Danielis conveniat.

Corniculo isti tribuuntur *Blasphemia in Deum, Bellum cum*

cum Sanctis, & victoria adversus eosdem. Mutatio temporum & legũ Id intelligunt de blasphemo Alcorano, immutatione cultus divini, festorũ. & religionis Christianæ, item de victoriis Sarracenorum, hodieq; Turcarum adversus Christianos. *Oculos hominis* habet quod de perspicacitate & solertia in amplificando cõservandoq; dominio exponunt. Atq; hoc modo certè manifesto impletũ est Danielis vaticiniũ, nec spes est ante diem judicii Turcicum regnũ deletũ iri, neq; periculũ, plura imperio Romano ereptu rũ esse.

Cæterum, ut temporum series eo magis sit conspicua, operæ precium est, eadem ab Augusto Cæsare in Articulos distinguere. *Primus* sit ab Augusto (aut si mavis, Julio) sub quo Christus natus. *Luc. 2.* ad Constantinum Magnum, anno Christianę ærę 306. vel 307. qui primus pacem Ecclesiæ per totum orbem restituit, & sedem imperii Constantinopolin trãstulit, post cujus obitum etiam prima divisio imperii facta inter ejus filius. *Secundus*, à Constãtino ad Justinianum anno 527. sub quo finis est Consulum Romanorum, & promulgatio Juris civilis. In hoc articulo facta imperii divisio inter Theodosii filios altera, ubi non multo post Occidentale imperiũ in Augustulo desiit anno Christi 476. Et paulo ante, sub Theodosio I. & II. Barbaricæ gentes magno numero passim imperiũ cœperunt dilacerare, ac diripere. *Tertius* à Justiniano ad Carolum Magnũ & divisionem ultimam imperii in Orientem & Occidentẽ, anno Christi 800. à quo *Quartus* in Germanorum imperio Occidentali, etiamnũ perdurat. Orientale Græcorum anno 1453. desiit, capta Constantinopoli à Turcis. Quartã Dynastiam Germanorũ licet in plures particulas seu dynastias subdividere. I. est Francorum, & præcipue Karolidarum, usq; ad Henricum Aucupem, an. 920. II. Saxonum ab

Hen-

Henrico Acupe; ad Conradum secundum Salicum anno 1024. III. Rursus Francorum à Conrado Salico Secundo ad Conradum Tertium, anno 1138. IV. A Conrado Tertio Suevorum dynastia, usque ad Rodolphum Habspurgium anno 1273. His temporibus septem Electores constitutos circa annum 1250. sentiunt accurratiores Chronologi. V. Eorum qui ab Electoribus constituti sunt, (Austriacorum ut plurimum,) à Rodolfo primo ad Rodolfum Secundum Imperatorem Augustum; cujus anima sit in benedictione.

IMPERATORES IV. Monarchiæ.

Articulus primus à Julio Cæsare ad Constantinum M. Impp. Ethnicorum.

Anni Mundi.	*Anni regiminis.*	Synchronismi virorum & eventorum.
3902	Julius Cæsar *Dictator, vincit Pompeium, &c.* 4	Pugna Pharsalica.
3907	*Augustus Cæsar. Leges civiles & pacem toti terrarum Orbi tandem restituit, ideoque templum Iani clausit.*	*Virgilius & Horatius. Pugna Actiaca. Dionysius Halicarnasseus.*
Anni æra Christianæ.		*Christus natus. Ovidius. Ioh. Bapista.*
	Romam quam lateri-	

tiam

Anni æræ Christianæ.		*Anni regiminis.*	Synchronismi virorum & eventorum.
	tiam accepit, marmoream reliquit, princeps laudatissimus.	57	
15	Cl. Tiberius Nero, *ingenio pessimo, truci, avaro, insidioso. Dictus Caldius Biberius Mero, ob ebriositatem.*	*22. mens.* 7	Christus baptizatus, & passus. *T. Livius.*
37	C. Caligula, *à caligis militaribus dictus. Fratrem interfecit, tres sorores incestis polluit, homo nefarius & tyrannus crudelis.*	4	*Strabo.* *Philo Iudæus.*
41	Claudius, *patruus Caligulæ. Ignavus, vino, ventri & libidini deditus.*	14	*Pomp. Mela* *Q. Curtius.* *Synodus Apostolorum.* *Persius.*
54	Domit. Nero. *Omnes alios immanitate & nefariis sceleribus superavit.*	*13. m. 8.*	Persecutio Christianorum I. *Columella.* *Lucanus.*
68	Galba, *industrius princeps, sed infelix.*	*m. 7.*	*Seneca* *Silius.*
68	Otho, *omni vita, maxime adolescentia turpis.*	*mens.* 4	*Plinius.* *Solinus.* *Martialis.*

Anni æra Christ.		Anni regiminis.	Synchronismi virorum & eventorum.
68	Vitellius, *Epicureus homo.*	*m 8.*	
69	Fl. Vespasianus, *prudens & placabilis.*	10	
79	Titus Vespasianus, *laudatissimus princeps, neminem à se abire passus tristem. Celebris bello Iudaico & destructâ Hierosolymâ. Quodam die recordatus nihil se cuiquam præstitisse exclamavit, ò amici, diem perdidimus.*	2 *mens.* 2	Excidium Hierosolymorum. *Fl. Iosephus. Quintilianus. Onkelos. Apollonius Tyanæus Plinius Iunior.*
81	Domitianus, *crudelis, alter Nero. Solitus fuit fallendi temporis causâ muscas confodere: Unde proverbium; Ne musca quidem cum eo.*	15	Persecutio II.
96	Coccejus Nerva, *prudens & moderatus.*	1 *mens.* 4.	*Iuvenalis. Ignatius Episcopus. Plutarchus.*
98	Trajanus, *bellicosissimus heros, Princeps opti-*		Persecutio III. *Corn. Tacitus.*

mus,

Anni æra Christ.		*Anni regim.*	Synchronismi Virorum & eventorum.
	mus, pater patriæ appellatus, exceptâ persecutione Christianorum, laude nulli cedens. Sub eo Imperium in summo flore ac majestate stetisse censetur.	*19.m.6.*	*Dio Chrysostomus.* *Gellius.* *Lucianus.* *Appianus.*
117	Adrianus. *Eruditissimus & facetissimus. Moribundus pronunciavit hos versiculos:* *Animula, vagula, blandula,* *Hospes comesque corporis,* *Quæ nunc abibis in loca?* *Pallidula, rigida, nudula,* *Nec, ut soles, dabis jocos.*	*20.m.11*	Persecutio IV. *Suetonius.* Bellum Judaicum, *quo Iudæi extrema omnia conati, ad internecionem caeduntur, & è terra sua exturbantur in perpetuum.*
138	Antoninus Pius. *Solus omnium principum sine sanguine fuit, cùm orbem terræ per annos 23. autoritate sola rexerit.*		*Ælianus.* *Pausanias.* *Ptolemæus Astronomus.* *Arrianus & Justinus historici.* *Justinus Martyr.* *Galenus.*

Anni æræ Christianæ		*Anni regiminis.* Synchronismi virorum & eventorum.
161	M. Aurelius Antoninus *Philosophus. Laudatissimus princeps. Eius collega in Imperio L. Antoninus Verus.* 19	*Apulejus & Athenæus.* Persecutio V. *Irenæus. Clemens Alexandrinus. Tertullianus.*
180	Commodus. *Turpissimus, exemplum proverbii, Heroum filii noxæ.* 12.m.9.	*I.Pollux.*
193	Ælius Pertinax, *mitis, affabilis, placidus, amans simplicitatis. dies* 87	
193	Didius Julianus, *improbus. dies* 66	*Dionysius περιηγητής. L. Florus.*
193	Septimius Severus. *Bellicosissimus princeps, acer ingenio.* 17.m 8.	Persecutio VI. *Origenes. Philostratus.*
211	Anton. Bassianus Caracalla. *Turpissimum monstrum, fratricida & incestus. Nupsit enim novercæ, quæ dixerat, si libet, licet. Quodam tempore octo clavos, octo claudos, octo luscos, octo surdos &c. simul ad*	*Aphrodisæus. Papinianus ICtus.*

convi-

Anni aera Christ.	*Anni regiminis.*	Synchronismi Virorum & eventorum.
	convivium convocavit joci caussâ. 6.m.6	
217	Popil. Macrinus *nihil memorabile gessit.* 1 *mens.* 2	
218	Elagabalus *seu* Heliogabalus. *Flagitiosissimus homo.* 3.m 9	*Oppianus.* *Dio Cassius* *Vlpianus ICtus.*
222	Alexander Severus. *Eruditus & eruditiorum fautor. Exactor militaris disciplinae rigidus.* 13	*Herodianus* *Pomponius ICtus.* *Her. Modestinus ICtus.* *Plotinus.*
234	Maximinus Thrax. *Crudelissimus. De eo occiso dixerunt: E pessimo genere ne catulum quidem relinquendum.* 2	Persecutio VII.
236	Balbinus & Pupienus *à Senatu creati contra Maximum. Anteà Gordianos tres, avum, patrem, & filium creaverant, sed duo brevi occisi.* 1	*Gregorius Neocaesariensis.*
237	Gordianus junior, *Balbino & Pupieno occi-*	

Anni æræ Christ.	*Anni & mens. regim.*	Synchronismi virorum & eventorum.
	ßis, superstes, denuò confirmatur. Iustitiæ & castitatis amans, mitis. 6	
244	Philippus Arabs. *Scribitur fuisse primus ex Imperatoribus Christianus. Sed Scaliger in animadv. Euseb. diversum ostendit.* 7	*Cyprianus.*
251	Decius. *Crudelißimus persecutor.* 1.m.3	*Censorinus.*
252	Valerianus, *ignavus. A Persis captus & excoriatus fuit. Cum Gallo & Volusiano simul imperat ad annos 4. Cum filio Gallieno annos.* 7	Persecutio VIII. Persecutio IX.
260	Gallienus, *voluptarius, obscænus, crudelis. exagitatus variè à Tyrannis XXX diversis, imperium affectantibus. Sub hoc Francorum nomen primum innotuit.* 7	
267	Fl. Claudius. *Ei hoc elo-*	

gium

Anni æræ Christianæ.	*Anni & menſ. regim.*	Synchronismi Virorum & eventorum.
	gium à Senatu datum: Claudi Auguſte, tu pater, tu frater, tu amicus, bonus Senator, verè princeps. 1 *menſ.* 7.	
269	Valerius Aurelianus. *Excelluit virtute militari, ſed crudelis.* 8 *menſ.* 6	*Porphyrius blaſphemus.*
276	Cl. Tacitus, *laudatus princeps.* *m.* 6.	
277	A. Probus, *ſtrenuus & induſtrius bellator. Sub eo prima mentio Alemannorum in Hiſtoriis.* 6	
283	A. Carus *cum filiis Carino & Numeriano.* 1	*Stobæus. Æl. Spartianus.*
284	Diocletianus *perſecutor crudeliſſimus. Aſſumit collegam imperii Maximianum, anno 285.* 28	*Lampridius. I. Capitolinus.*
292	*Hi deinde aſciſcunt alios duos collegas,* Conſtantium Chlorum	Perſecutio X. *Lactantius.*

(Conſtan-

(Constantini M. patrem) & Galerium Maximinum.

304 Hi duo rursus assumunt alios duos, (quia priores duo abdicârant se Imperio, ambo eodem die) videlicet Severum, & Maximinum.

His temporibus valdè perturbata sunt historiæ, ob concursum tot Imperatorum & Cæsarum & tyrannorum seditiosorum regimen affectantium.

ARTICULUS SECUNdus, Imperatorum Christianorum,

à Constantino Magno usque ad Justinianum.

306 CONSTANTINUS MAGNUS Christianus, extinctis quinq; Athanasius. Iuvencus. Eusebius.

tyrannis

Anni æra Christi.	*Anni & mens. regim.*	Synchronismi præcipui Visorum & eventorum.
	tyrannis solus rerum potitur in universa Monarchia. Ab hoc Eccles. restituta tranquillitas, quæ hactenus sub Ethnicis miserè afflicta & persecutionibus crudeliter exagitata fuerat. Quare memorabilis hæc est rerum mutatio. Sequentes enim Imperatores plerique omnes Christiani fuerunt. 30 mens. 10.	Concilium I. Oecumen. Nicænum.
337	Constantinus *in Oriente, Arrianus, persecutor* *24. m. 5.* Constantinus & Constans *in Occidente* *3* *12. m. 9.*	*Sub Constantino cœpit usurpari nomen* Paganorum. *Milites enim non-Christianos exautoravit & in Pagos remisit.*
351	Magnentius *tyrannus in Occidente.* *3*	*Oribasius.* *Hilarius.*
351	Gallus *patruelis Constantii.* *3*	*Macarius.* *Optatus Milevitanus.*
361	Julianus Apostata. *Multa agrè fecit Christia-*	*Ammian. Marcellinus.* *Basilius Magnus.*

K *nis,*

Synchronismi Virorum & eventorum.

nis. Prohibuit Scholas, Iudæis licentiam & sumptus dedit ad readificandum Templum Hierosolymitanum, qui ingenti triumpho operi se accingentes, fulminibus & terræ motibus absterriti fuerunt, ut testatur præter Christianorum historias Ethnicus Marcellinus l. 23. In prælio vulneratus, sparso sursum sanguine exclamavit, Vicisti tandem Galilæe. 2 mens. 8.	Gregorius Nyssenus Gregorius Nazianzenus Epiphanius Ephrem. Ambrosius.	

363 Jovianus pius, orthodoxus m. 7

Hic oportet nos disiungere Imperatores Orientis & Occidentis, & persequi prius Imperatores Orientis.

364 Valentinianus orthodoxus, à Iuliano antehac ob Christianismum

priva-

Anni æra Christ.	*Anni & menſ. regim.*	Synchroniſmi virorum & eventorum.
	priuatus dignitate, Aſperſus enim aqua luſtrali in Templo idololatrico, alapam impegerat ſacrificulo Ethnico. Sub eo primum cognitum nomen Saxonum. Aſciſcit ad imperium Valentem fratrem, Arianum, in Oriente. 14. m. 4	
375	Gratianus & Valentinianus II. *filii, antea Cæſares a patre declarati, in Imperio ſuccedunt.* 17	Conc. II. Oecum. Conſtantinopolitanum. *Sub hoc cœptum Imperium dilacerari miſerrimè.* *Hieronymus.*
379	THEODOSIUS I. MAGNUS *cognomento, à Gratiano ad Imperium aſcitus, in Oriente Piiſſimus & optimus princeps.* 16	*Rufinus.* *Claudianus.* *Auſonius.* *Papus Mathemat.* *Prudentius.*
393	Arcadius *filius Theodoſii in Oriente, ante hac*	*Auguſtinus.* *Nectarius.*

 à patre

Anni æræ Christ.		Anni & mens. regim.		Synchronismi Virorum & eventorum.
	à patre ad Imperium ascitus.	*13*		*Hesychius* *Synesius.*
408	Theodosius II. *Arcadii F. in oriente. Octennis, ideò tutor ei à patre datus Iezdagerdes rex Persarum, qui tutelam fideliter administravit.*	*42*	Concil. III. Oecum Ephesinum	*Isidorus* *Orosius* *Salvianus* *Theodoretus.* *Eutropius*
450	Martianus, *pius princeps.*	*6.m.6.*	Conc. IV. Oecum Chalcedonense.	*Cassianus* *Cyrillus* *Sidonius. Apollinaris.*
557	Leo Thrax *à Patriarcha coronatus.*	*27.m.6.*		
474	Zeno *gener Leonis, turpissimis voluptatibus se immergit. Pulsus imperio, id tamen recuperavit. Comitiali morbo extinctus (ut putabatur,) & sepultus, revixit. Monumentum tamen nemo aperire voluit, prohibente coniuge, ideò miserè lamentans, fame interit.*	*17.m.5*		
491	Anastasius Dicorus, *ascitus à Zenonis con-*			*Cassiodorus* *Fulgentius;*

iuge:

Anni æræ Christ.	*Anni & mens. regim.*	Synchronismi Virorum & eventorum.
	juge Ariadna. Persecutor impius, Eutychianus. 27.m.3	*Paschasius. Primasius. Boëthius.*
518	Justinus, *infimæ conditionis homo, in juventute subulcus, post faber lignarius, inde miles, & tandem Imperator. Orthodoxus.*	

Appendix Articuli Secundi, de residuis Imperatoribus Occidentis à Valente ad finem usque.

Anni æræ Christ.	*Anni regiminis.*
364	Valens *frater Valentiniani I.* 14 m.4
378	Gratianus & Valentinianus *II.* 17
393	Honorius *filius Theodosii I.* 30.m.5
425	Valentinianus *III. Honorii è sorore nepos, à Theodosio II. socero constituitur Imperator Occid.* 29.m.5
455	Maximus, *dolo occidit Valentinianum, &*

Anni æræ Christ. *Anni regiminis.*

Synchronismi virorum & eventorum.

invitam Imperatricem ducit. Fugatur à Genserico Vandalorum rege.

455 Avitus *dux Maximi.* *mens.* *10.d.15.*

Interregnum.

467 Majoranus. *4.m.2.*

461 Severus. *3.m.9.*

Interregnum.

467 Anthemius *missus à Leone Imperatore Orientis, a Ricimero socero occisus.* *5*

472 Olybrius. *m.7*

473 Glycerius. *1*

474 Julius Nepos *Glycerium deponit.*

475 Orestes *pellit Nepotem, & filium Augustum creat Imperatorem, qui postea* Augustulus *per contemptum fuit appellatus, Ad-*

versus

Anni æra Christiana — *Anni & mens. regim.* — Synchronismi Virorum & eventorum.

versus eum excitus Odoacer rex Herulorum eundem deposuit & Imperio Occidentali finem imposuit.

ARTICULUS TERTIUS

à Justiniano usque ad Carolum Magnum.

527	JUSTINIANUS, *Iustini è sorore nepos. jus in methodum redigit operâ Triboniani. Vandalos domat per ducem Belisarium, itemq; Gotti per eundem, tandem per Narsetem planè regno exuuntur.* 38 *mens.* 7	Conc. V. Oecum. Constantinopolitanum. *Vigilius. Arator. Priscianus. Procopius. Iornandes. Simplicius. Agathias. Marcellinus Comes. Evagrius.*
565	Justinus Junior, *Iustiniani è sorore nepos.* 16. *m.* 9.	

Anni æræ Christ. *Anni regiminis.* Synchronismi virorum & eventorum.

378 Tiberius II. *asciscitur à Iustino, beneficus* 8

586 Mauritius Cappadox, *Tiberii gener.* 16

602 Phocas *Mauritium Imperatorem cum omnibus liberis nefariè occidit. Bonifacio III. Papæ tribuit nomen Vniversalis Episcopi, Vnde adhuc Papæ sibi illum titulum arrogant.* 8 — J. *Philoponus.*

610 Heraclius *Phocam tyrannum capit, truncat, manibus, pedibus & tandem capite, & postea comburit. Felix contra Persas. Sed cùm ob avaritiam stipendia Saracenis denegat, attrahit eos in Palæstinam, magno Christiani orbis exitio.* 31 — Machometicum reg...

641 Constantinus *filius, à noverca sublatus.* m. 4

641 Heracleonas, *filius al-*

ter,

Anni æræ Chriſt.	*Anni regiminis.*		Synchroniſmi præcipui Virorum & eventorum.
	ter, unà cum matre in exilium pellitur.	*m.6*	
642	Conſtans, *filius Conſtantini, nepos Heraclii*	*27*	
669	Conſtantinus Pogonatus, *filius Conſtantis, dicitur eſſe autor librorum de re ruſtica Conſtantini.*	*17*	Concil. VI. Oecumenicum, Conſtantinopolitanum 3.
685	Juſtinianus II. *filius Conſtantini, crudelis Ideò à* Leonatio *mutilatus naribus, relegatur. Recuperat imperium, & Leontium cum* Abſimaro *capite truncat.*	*26*	*Beda Anglicus.*
711	Philippicus Bardanes, *Iuſtinianum capite truncat. Monotheletis addictus.*	*1.m.6*	
713	Artemius Anaſtaſ. II.	*2*	
714	Theodoſius III. *Anaſtaſium monaſterio includit. Ipſe ſponte abdicat.*	*2*	

Anni æræ Christ.	Anni regiminis.	Synchronismi virorum & eventorum.
716 Leo Isaurus *obscuri generis. Acerrimus imaginum hostis. Sub eo mota controversia iconomachica.*	*24. m. 2.*	*I. Damascenus.*
741 Constantinus Copronymus *filius Leonis, ita dictus, quòd baptismum infans stercore fœdaverat. Mittit Pipino regi Gallorum organum Musicum, quod antehac in his regionibus incognitum fuerat.*	*34 m. 2.*	
775 Leo IV. *filius Constantini.*	*6*	
780 Constantinus *F. Leonis cum matre Irene, quam dejecit & pòst restituit.*	*6*	
797 Irene sola, *excæcato filio.*	*6*	

Cæteros Constantinopolitanos Imperatores, quia eorum historiæ non adeò memorabiles sunt, relinquemus, & Imperium Germanorum in Occidente à Carolo Magno, imperante Irene, suscitatum, nunc persequemur.

PARTI.

ARTICULUS QUARTUS

Imperatorum Germanorum in Occidente à Carolo Magno usque huc.

Hic Articulus dynastiis quibusdam distingui potest.

DYNASTIA I.

Est Carolidarum aut, si generaliùs mavis, Francorum.

Anni æra Christ.	*Anni regiminis.*	Synchronismi Virorum & eventorum,
800	Carolus Magnus, *heros verè magnus, veritate, pietate, sapientia, eruditione & rerum gestarum celebritate, nulli cedens. Feriis Natalitiis salutatur Romæ Imperator.* 13	*Alcuinus. Eginhardus.*
814	Ludovicus pius, *à filiis variè exagitatus, instinctu (ut colligitur) Episcoporum, quibus Imperator arrogatam potestatem concedere detrectabat.* 26 *mens.* 15	*Rabanus Maurus. Nicetas. Haymo.*

Anni æra Christ. | *Anni regiminis.* | Synchronismi virorum & eventorum.

841 Lotharius *cum fratribus transigit de Imperio, quod ipse cum Italia, & provincia Narbonensi retinet, Carolus Galliam, Ludovicus Germaniam:* 15 — *Bertramnus.*

856 Ludovicus II. *filius Lotharii. Expostulat cum nobilitate Rom. quod absq; suo consensu Papam elegissent.* 19 *mensi* 10. — *Anastasius historicus. Photius Patriarcha.*

876 Carolus II. Calvus, *frater Lotharii.* 2

878 Ludovicus III. Balbus, *F. Caroli moritur absq; liberis.* 2. — *Paschasius. Albategnius.*

880 Carolus III. Crassus. *F. Ludovici regis Germaniæ:* 8.*m.*6

888 Arnolphus *filius nothus Carolomanni fratris Caroli III. Phthiriasi extinctus scribitur, quam contraxit ex veneno in Italia hausto, cum Guidonem*

Abst

Anni aeræ Christianæ	*Anni & mens. regim.*	Synchronismi Virorum & eventorum.
Anticæsarem persecutus Romam cepit.	12	
900 Ludovicus IV. F. *Arnolphi, in quo (mascula) stirps Carolina defiit, puer septennis. Contrà in Italia decertabant in Imperio Ludovicus Bosonis F. & Berengarius.*	12	*Regino historicus.*
Adjiciemus huic dynastiæ		
912. Conradum ducem Franconiæ, *qui ab Ottone duce Saxoniæ recusante oblatum Imperium, nominatus fuit. Cum Henrico Saxone diu belligeratus, tandem moribũdus ei sceptrum & Insignia Imperii mitti curat, ob eius virtutem quam expertus fuerat, præponens Imperii commodum privatis inimicitiis.*		*Vitello Opticus.* *Theophylactus.*

DYNASTIA II. SAXONUM.

Anni æræ Christi,	Anni regim.	Synchronismi virorum & eventorum.
920 HENRICUS AUCEPS. Fridslariæ à ducibus & principibus Germaniæ eligitur Imperator, noluit tamen ab Episcopo coronari, nec à Papa. Præclaras res gessit, Germaniam pacavit, Sclavos vicit, Hungaros cædit & Vandalos, Bohemiam tributariam facit &c. Quedlinburgi sepultus.	17	Hugonem Capetum adegit Imper. ad petendam pacem
936 OTTO MAGNUS Henrici F. parenti par pietate, fortitudine, prudentiâ. Præterea Danos vincit, & ad Christianismum perducit. Papam Iohannem deponit & Leonem VIII. substituit. Sepultus Magdeburgi.	32	Witekindus historicus.

973 OTTO

Anni æræ Christ.		Anni regim.	Synchronismi virorum & eventorum.
973	OTTO II. Ottonis M. F. conjugē habuit Theophaniam Imperatoris Græci Filiam. Sepultus Romæ.	11	
984	OTTO III. F. Ottonis II. cognomento das Kind Fuit puer 10. annorū. Posteà dictus Mirabilia Mundi ob admirabilem sapientiam. In Italia Pontifices in ordinem redigit, Iohannem 17. exoculat, Crescentium graviter punit, Gregorium 5. constituit. Veneno periit in Italia. 17 mens.	8.	Hungaria & Polonia fiunt Regna. Aimoinus historicus.
	Interregnum m. 4.		
1002.	HENRICUS SANCTUS, aliâs Claudus, Henrici I. abnepos. Feliciter egit in Italia. Claudi nomen accepit inde,		

Anni æra Christ.	Anni regim.	Synchronismi Virorum & eventorum.
	quod in Italia insidiis interceptus Ticini & incuria custoditus saltu evasit, graviter tamen allisus, claudus mansit per totam vitam. Verùm graviter iniuriam hanc ultus est. Sepultus Bambergæ. 23. m 5.	Turcæ Saracenis eripiunt Hierosolymam. Avicenna.

DYNASTIA III. FRANCORUM.

1024	Cunradus II. Saliquus. dux Franconiæ. Italiam ingressus motus ibi componit & rebellantes denuò, compescit. Burgundiam rursus cum Germania coniunxit. 14 mens. 10	Landgraviorum Hassiæ & Türingiæ dynastia.
1039	Henricus III. Niger, Conradi F. Regem Poloniæ rebellem domat, Ungaros vincit. Pontifices in ordinem cogit, Abrogat tres, Be-	Lanfrancus. Hermannus contractus. Lam. Schafnaburgensis.

nedictum

Anni aræ Christianæ	*Anni regim.*	*Synchronismi Virorum & eventorum.*
	medictum. 9. Gregor. 6. Sylvester. 3. Constituit Papam Clementem II. & deinde Damasum II. & Leonem IX. Item Victorem II. Cives jurant Imperatori, sine Cæsaris consensu se post hac neminem electuros. Mortuus apud Hercyniam sylvam. 17	
1056	Henricus IV. *Sexennis, F. Henrici III. Nicolaum II. Papam constituit. Posteà Gregorius VII. homo perditissimus, inconsulto Imperatore electus Papa, simulans primò subiectionem, pòst pedibus conculcat Imperatoriam Majestatem, & primus omnium Paparum, Cæsarem excommunicat & in Synodo*	*Michaël Psellus. Xiphilinus. Hierosolyma à Christianis recuperata, & retenta per 89 annos. Oecumenius. Marianus Scotus. Sigebertus. Rupertus Tuiciensis.*

Synchronismi virorum & eventorum.

Anni æra Christi, *Anni regim.*

ctat. Romam veniens à Papa solicitatur, ut juri suo renunciet in Episcopatibus & Abbatiis conferendis. Sed Imperator recusat, & Papam refractarium ad officium cogit. Hinc à Papa excommunicatur, quamprimum ex Italia abiit, & magnis turbis Germania involvitur. Papa mortuo Imperator alium surrogat Gregorium VIII. 18 *mens.* 9

Huic dynastiæ Francorum adjicimus Imperatorem.

1125 Lotharium II. Saxonum. *Is in Italiam ingressus Innocentium Papam implorantem auxilium Cæsaris restituit.*

M 2 *urbes*

urbes Imperiales in Italia recuperat. Denuò ingressus Rogerium vincit. Leges Romanas in Apulia repertas, Pisanis donat. 15.

DYNASTIA IV. SUEVORUM.

1138 Conradus III. dux Sueviæ. Cum Friderico duce Sueviæ in Palestinam movet, sed infeliciter. Sepultus Lorchæ.

Otho Frisingensis.
Exemplum conjugalis amoris in oppido Wensberg.

1152 Fridericus Barbarossa (à rufa barba sic dictus) inclytus heros, Conradi. II. è fratre nepos: Alio nomine Ænobarbus: Maxima in Italia gessit bella, & tandem Mediolanum, sæpiùs expugnatum, funditùs evertit insperso sale & inducto aratro: Palatinum ob turbas absente Cæsare concitatas, ignomi-

Gratianus compilator Decretorum.
Petrus Lombardus Magister sententiarum.

Anni aera Christ.	Anni regim.	Synchronismi Virorum & eventorum.
	niosè mulctat, videlicet gestatione canis in publico Imperii conventu. Hic est Caesar, quem Alexander III. pro Papalis suae humilitatis exuberantia pedibus calcare non reveritus est. Tandem Imperator cōtra Saracenos movens, à flumine abripitur, vivus tamē adhuc extrahitur, magno luctu ab omnibus defletus. 38	Averroës.
1190	Henricus VI. dictus Asper ob severitatem. In Italiam ingressus in ordinem rebelles redigit, recuperat Siciliam, dotis nomine sibi debitam, Calabriam, Apuliam, Neapolim. Exercitum in Palaestinam mittit, qui sine fructu dilabitur. 9	
1199	Philippus Henrici VI. frater, contra quem	Franciscus) Dominicus) Monachi.

Anni æræ Christ. *Anni regiminis.* Synchronismi virorum & eventorum.

378 Tiberius II. *asciscitur à Iustino, beneficus* 8

586 Mauritius Cappadox, *Tiberii gener.* 16

602 Phocas *Mauritium Imperatorem cum omnibus liberis nefariè occidit. Bonifacio III. Papæ tribuit nomen Universalis Episcopi, Unde adhuc Papa sibi illum titulum arrogant.* 8 — J. *Philoponus.*

610 Heraclius *Phocam tyrannum capit, truncat, manibus, pedibus & tandem capite, & postea comburit. Felix contra Persas. Sed cùm ob avaritiam stipendia Saracenis denegat, attrahit eos in Palæstinam, magno Christiani orbis exitio.* 31 — Machometicum reg....

641 Constantinus *filius, à noverca sublatus.* m. 4

641 Heracleonas, *filius al*

ter,

Anni æræ Christ.	*Anni regiminis.*	Synchronismi præcipui Virorum & eventorum.
	ter, unà cum matre in exilium pellitur. *m.6*	
642	Constans, *filius Constantini, nepos Heraclii* *27*	
669	Constantinus Pogonatus, *filius Constantis, dicitur esse autor librorum de re rustica Constantini.* *17*	Concil. VI. Oecumenicum, Constantinopolitanum 3.
685	Justinianus II. *filius Constantini, crudelis Ideò à* Leonatio *mutilatus naribus, relegatur. Recuperat imperium, & Leontium cum* Absimaro *capite truncat.* *26*	*Beda Anglicus.*
711	Philippicus Bardanes, *Iustinianum capite truncat. Monotheletis addictus.* *1.m.6*	
713	Artemius Anastas. II. *2*	
714	Theodosius III. *Anastasium monasterio includit. Ipse sponte abdicat.* *2*	

L   716 Leo

Anni æra Christ.	*Anni regiminis.*	Synchronismi virorum & eventorum.
716 Leo Isaurus *obscuri generis. Acerrimus imaginum hostis. Sub eo mota controversia iconomachica.*	*24. m. 2.*	*I. Damascenus.*
741 Constantinus Copronymus *filius Leonis, ita dictus, quòd baptismum infans stercore fœdaverat. Mittit Pipino regi Gallorum organum Musicum, quod ante hac in his regionibus incognitum fuerat.*	*34 m. 2.*	
775 Leo IV. *filius Constantini.*	*6*	
780 Constantinus *F. Leonis cum matre Irene, quam dejecit & pòst restituit.*	*6*	
797 Irene sola, *excæcato filio.*	*6*	

Cæteros Constantinopolitanos Imperatores, quia eorum historiæ non adeò memorabiles sunt, relinquemus, & Imperium Germanorum in Occidente à Carolo Magno, imperante Irene, suscitatum, nunc persequemur.

PARTI-

ARTICULUS QUARTUS

Imperatorum Germanorum in Occidente à Carolo Magno usque huc.

Hic Articulus dynastiis quibusdam distingui potest.

DYNASTIA I.

Est Carolidarum aut, si generaliùs mavis, Francorum.

Anni æræ Christ.	*Anni regiminis.*	Synchronismi Virorum & eventorum.
800	Carolus Magnus, *heros verè magnus, veritate, pietate, sapientia, eruditione & rerum gestarum celebritate, nulli cedens. Feriis Natalitiis salutatur Romæ Imperator.* 13	*Alcuinus. Eginhardus.*
814	Ludovicus pius, *à filiis variè exagitatus, instinctu (ut colligitur) Episcoporum, quibus Imperator arrogatam potestatem concedere detrectabat.* 26 *mens.* 15	*Rabanus Maurus. Nicetas. Haymo.*

Anni æræ Christ.	Anni regiminis.	Synchronismi virorum ac eventorum.
841.	Lotharius cum fratribus transigit de Imperio, quod ipse cum Italia, & provincia Narbonensi retinet, Carolus Galliam, Ludovicus Germaniam. 15	Bertrammus.
856.	Ludovicus II. filius Lotharii. Expostulat cum nobilitate Rom. quod absq; suo consensu Papam elegissent. 19 mensi 10.	Anastasius historicus. Photius Patriarcha.
876.	Carolus II. Calvus, frater Lotharii. 2	
878.	Ludovicus III. Balbus, F. Caroli moritur absq; liberis. 2	Paschasius. Albategnius.
880.	Carolus III. Crassus. F. Ludovici regis Germaniæ. 8.m.6	
888.	Arnolphus filius nothus Carolomanni fratris Caroli III. Phthiriasi extinctus scribitur, quam contraxit ex veneno in Italia hausto, cum Guidonem	

Anti

Annuaria Christiana	Anni & mens. regim.	Synchronismi Virorum Accentorum.
Anticæsarem persecutus Romam cepit. 12		
900 Ludovicus IV. F. Arnolphi, in quo (mascula) stirps Carolina desiit, puer septennis. Contrà in Italia decertabant in Imperio Ludovicus Bosonis F. & Berengarius. 12 Adjiciemus huic dynastiæ		Regino historicus.
912 Conradum ducem Franconiæ, qui ab Ottone duce Saxoniæ recusante oblatum Imperium, nominatus fuit. Cum Henrico Saxone diu belligeratus, tandem moribūdus ei sceptrum & Insignia Imperii mitti curat, ob ejus virtutem quam expertus fuerat, præponens Imperii commodum privatis inimicitiis.		Vitello Opticus.
		Theophylactus.

DYNASTIA II. SAXONUM.

Anni æra Christi,		Anni regim.	Synchronismi virorum & eventorum.
920	HENRICUS AUCEPS. Fridslariæ à ducibus & principibus Germaniæ eligitur Imperator, noluit tamen ab Episcopo coronari, nec à Papa. Præclaras res gessit, Germaniam pacavit, Sclavos vicit, Hungaros cædit & Vandalos, Bohemiam tributariam facit &c. Quedlinburgi sepultus.	17	Hugonem Capetum adegit Imper. ad petendam pacem
936	OTTO MAGNUS Henrici F. parenti par pietate, fortitudine, prudentiâ. Præterea Danos vincit, & ad Christianismum perducit. Papam Iohannem deponit & Leonem VIII. substituit. Sepultus Magdeburgi.	37	Witekindus historicus.

Anni æra Christ.	*Anni regim.*	Synchronismi virorum & eventorum.
973	OTTO II. *Ottonis M. F. conjugē habuit Theophaniam Imperatoris Græci Filiam. Sepultus Roma.* 11	
984	OTTO III. *F. Ottonis II. cognomento* das Kind. *Fuit puer 10. annorū. Posteà dictus* Mirabilia Mundi *ob admirabilem sapientiam. In Italia Pontifices in ordinem redigit, Iohannem 17. exoculat, Crescentium graviter punit, Gregorium 5. constituit. Veneno periit in Italia. 17 mens.* 2.	*Hungaria & Polonia fiunt Regna.* *Aimoinus historicus.*
	Interregnum m. 4.	
1002.	HENRICUS SANCTUS, *aliâs* Claudus, *Henrici I. abnepos. Feliciter regit in Italia. Claudi nomen accepit inde,*	

quòd

Anni æræ Christ.		Anni regim.	Synchronismi Virorum & eventorum.
	quod in Italia insidiis interceptus Ticini & incuria custoditus saltu evasit, graviter tamen allisus, claudus mansit per totam vitam. Verùm graviter iniuriam hanc ultus est. Sepultus Bambergæ.	23. m 5.	Turcæ Saracenis eripiunt Hierosolymam. Avicenna.

DYNASTIA III. FRANCORUM.

1024	Cunradus II. Saliquus, dux Franconiæ. Italiam ingressus motus ibi componit & rebellantes denuò, compescit. Burgundiam rursus cum Germania coniunxit.	14 mens. 10	Landgraviorum Hassiæ & Türingiæ dynastia.
1039	Henricus III. Niger, Conradi F. Regem Poloniæ rebellem domat, Ungaros vincit. Pontifices in ordinem cogit, Abrogat tres, Be-		Lanfrancus. Hermannus contractus. Lam. Schafnaburgensis.

Anni æra Christianæ	Anni regim.	Synchronismi Virorum & eventorum.
	medictum. 9. Gregor. 6. Sylvester. 3. Constituit Papam Clementem II. & deinde Damasum II. & Leonem IX. Item Victorem II. Cives jurant Imperatori, sine Cæsaris consensu se post hac neminem electuros. Mortuus apud Hercyniam sylvam. 17	
1056	Henricus IV. *Sexennis, F. Henrici III. Nicolaum II. Papam constituit. Postea Gregorius VII. homo perditissimus, inconsulto Imperatore electus Papa, simulans primò subjectionem, pòst pedibus conculcat Imperatoriam Majestatem, & primus omnium Paparum, Cæsarem excommunicat & in Synodo*	*Michaël Psellus. Xiphilinus. Hierosolyma à Christianis recuperata, & retenta per 89 annos. Oecumenius. Marianus Scotus. Sigebertus. Rupertus Tuiciensis.*

M Romano

Anni æra Christi, *Anni regim.*

ctat. Romam veniens à Papa solicitatur, ut juri suo renunciet in Episcopatibus & Abbatiis conferendis. Sed Imperator recusat, & Papam refractarium ad officium cogit. Hinc à Papa excommunicatur, quamprimum ex Italia abiit, & magnis turbis Germania involvitur. Papa mortuo Imperator alium surrogat Gregorium V III. 18
mens. 9

Huic dynastiæ Francorum adjicimus Imperatorem.

1125 Lotharium II. Saxonum. *Is in Italiam ingressus Innocentium Papam implorantem auxilium Cæsaris restituit.*

Anni æræ Christ.		Anni regim.	Synchronismi Virorum & eventorum.
	niosè mulctat, videlicet gestatione canis in publico Imperii conventu. Hic est Cæsar, quem Alexander III. pro Papalis suæ humilitatis exuberantia pedibus calcare non reveritus est. Tandem Imperator cōtra Saracenos movens, à flumine abripitur, vivus tamē adhuc extrahitur, magno luctu ab omnibus defletus.	38	Averroës.
1190	Henricus VI. dictus Asper ob severitatem. In Italiam ingressus in ordinem rebelles redigit, recuperat Siciliam, dotis nomine sibi debitam, Calabriam, Apuliam, Neapolin. Exercitum in Palæstinam mittit, qui sine fructu ailabitur.	9	
1199	Philippus Henrici VI. frater, contra quem		Franciscus) Dominicus) Monachi.

M 3 alii

Anni æra Christ.	Anni regiminis.	Synchronismi Virorum & eventorum.
	alii principes elegerunt Othonem IV. Saxoniæ ducem, qui & Philippo occiso nefariè, retinuit Imperium. Brevi tamen à Papa excommunicatur. Hinc eligitur Fridericus Henrici VI. F. 9	
1212	Fridericus II. Henrici VI. filius, qui infans adhuc imperio designatus à Principibus fuerat. Hic à Pontificibus quinquies excommunicatus fuit, inclytus heros, majestatem Imperii exemplo majorum suorum strenuè asseruit in Italia contra rebelles & perfidos Papas. Gregorium IX. deposuit, & reluctantem obsidit, gravissimè ulturus, si vivum prehendisset. Tandem in expeditione contra Sara-	Hugo Cradinalis. Vincentius historicus.

cenos,

tenos; in qua etiam Ludovicus Hassiæ Landgravius maritus S. Elisabethæ fuit, obit. Literarum patronus, curavit è lingua Arabica transferri in Latinam Ptolemæum, Avicennam, Aristotelem, Galenum, & alios bonos autores. Ab ejus morte Imperium per 22. annos caruit legitimo successore. 38 — *S. Elisabetha.*

1250 *Filius ejus* Conradus *cum* Henrico Landgravio *& postea cum* Guilhelmo Hollandiæ Comite, *qui contra parentem electi Cæsares fuerant bella gessit. Landgravius brevi moritur, sagittâ percussus in obsidione Ulmensi. Wilhelmus post novennium in glacie periit.* — *Bonaventura.* — *Albertus Stadensis.*

1257 Richar-

Anni æræ Christ.	Anni regiminis.	Synchronismi virorum & eventorum.
257	Richardus Angliæ regis frater *eligitur, sed is detentus seditionibus in Anglia, omne tempus ab electione ibidem consumit. Interea perturbatus Imperii status per totam Germaniam.*	*Thomas Aquinas. Matthæus Parisiensis.*

DYNASTIA V.

Imperatorum à Septemviris electorum.

1273	Rodolphus Habsburgius, *Imperium paulatim restituit paci & quieti. Papa dicitur Ravennam & Romandiolam concessisse. Quatuordecim bella cõfecisse scribitur, Cuspin. Ad Imperium è vocatus est è castris, 17. mens.* 9	*Durandus. Petrus Hispanus. Iacobus de Voragine.*
1291	Adolfus Nassovius. *Incurrit offensam principum, idèo removetur, & in prælio contra*	*Henricus Gandavensis. Arnoldus de Villanova.*

Albertum

Anni aeræ Christianæ		*Anni regim.*	Synchronismi Virorum & eventorum.
	Albertum caditur.	6	
	mens.	6	
1298	Albertus Austriacus *Rodolfi filius, per conjugium Elisabethæ, Exarchatum Austriæ, Comitatum Tirolis & Goriciæ acquirit. Vnde dictus Austriacus. Quæ familia adhuc enitet & eminet, multis Imperatoribus insignis.*	9.m.6	*Ioh. Scotus.* *Turcarum regnum incipit.* *Nicephorus Callistus.*
	Interregnum mens.	7.	
1308	Henricus VII. Luzelburgius, *Princeps virtute & dotibus animi præcellens. Veneno necatur in Italia à Monacho sub hostia consecrata porrecto. Ægrè scilicet ferebant Itali, se ab Imperatore in ordinem cogi.*	5	*Petrus Apponensis.*
	Interregnum ann.	1.	
	mens.	2.	
1314	Ludovicus Bavarus,		

Synchronismi Virorum & eventorum.

inclytus heros. In dissensione Electorum creatus, quorum alii Fridericum Austriacum Alberti F. elegerant. Unde gravissimum bellum ortum. Tandem post multa prælia captus Fridericus, & transactione facta dimissus. Formulam transactionis ex Archivis Viennensibus eruit Cuspinianus in qua Friderico conceditur titulus Imperatoris, & ita convenitur, ut utrique jus sit diplomata condere, adjuncto alterius nomine, &c. Porrò Ludovicus fortiter & animosè restitit injustis Pontificum ausibus: & gravi oratione Francofurti in Comitiis habitâ, ostendit,

Nicolaus de Lyra.
Guilielmus Occam.
Franciscus Petrarcha.
Nicephorus Gregoras.
Ioh Taulerus concionator. Argentoratensis.

quàm

Anni æra Christ.	*Anni regim.*	Synchroniſmi virorum & eventorum.
	quam nihil juris Pontificii ſit in Imperium Deponit etiam Ioannem 22. & ſubſtituit Nicolaum V. 33	
1346	Carolus IV. *Henrici 7. nepos, filius Iohannis regis Boëmiæ. In cujus electione iterum diſſenſio. Nam* Eduardus *Angliæ rex, & poſteà* Fridericus *Marchio Miſniæ, itemque* Gunterus *Comes Schwartzoburgenſis contra eum electi. Eduardus, recuſat. Fridericus auro perſuaſus etiam recuſat. Gunterus veneno tollitur. Hic Carolus, acceptis donis, res imperii per Italiam vehementer diminuit. Vnde à non-*	*Ioh. Wiclepht. Bartolus. Baldus. Maximus Planudes. Ioh. Bocatius.*

Anni æræ Christi.	*Anni regiminis.*	Synchronismi virorum & eventorum.
	nullis imperii vitricus nominatur. Saluberrimam tamen Bullam Auream promulgavit. 32	
1378	Wenceslaus *Fil Caroli IV. largitionibus impetrato consensu à patre designatur successor. Ignavus & Reipubl. supinè negligens: Deponitur ab Electoribus, cum nulla monitiones proficerent.* 22	*Iohan. Froissardus, historicus.*
1400	Rupertus Palatinus, *in locum Wencelai surrogatus. Voluit emendare quæ Wenceslaus peccasset in concessione ducatus Mediolanensis & Insubriæ sed impeditus fuit. Sepultus Heidelbergæ.* 10	
1410	Jodocus Marchio Moraviæ, *brevi obit.*	
1411	Sigismundus *filius alter Caroli IV. industrius princeps, Conci-*	Concilium Constantiense. *Iohannes Huß. Ioha. Gerson. Hieronymus Pragensis.*

lium

Anni æræ Christ.		*Anni regim.*	Synchronismi Virorum & eventorum.
	lium Constantiense indixit. Posteà infelici bello Hussitico implicitus fuit.	*26.m.8*	*Ioh. Turrecremata. Typographica ars inventa in Germania. M.Palmerius.*
1438	Albertus Austriacus *Sigismundi gener, uno & eodem anno fit rex Boëmiæ, & rex Hungariæ, & Imperator Romanus, ter Coronatus. Obit ex immodico peponum esu, sepultus in alba Regali.*	*2*	
1440	Fridericus IV. Austriacus. *Italiam ingressus à Pontifice coronatur, & nihil innovat, territus fortè exemplis antecessorum. Commendatur ob studium sobrietatis & odium ebrietatis. Aliquot bellis implicitus tandem obit annos natus 78.*	*53.m.4*	*Clades ad Varnam in Hungaria. Theod. Gaza. G.Trapezuntius. B.Platina.*
1493	Maximilianus I. *filius Friderici, bellicosissi-*		*Innumeri alii viri celebres, quos hæc pagina non capit,*

Anni æra Christ. *Anni regiminis.*

mus princeps succedit patri, cũ ante Septenniũ jam designatus ad Imperium fuisset. Maxima bella gessit, cũ Helvetiis, Bavaris, Venetis (in quo bello cõfœderati Imper. Papa & Rex Galliæ, ubi mirabile ingenium Papæ cognitũ fuit) Gallis. 25. m 6. *& alioquin satis noti unicuique sunt.*

1518 CAROLUS *V. magnanimus heros. Cujus acta nota sunt. Tandem abdicat se Imperio.* 38. m 7

1558 Ferdinandus *Caroli frater, quẽ Papa pro Imperatore agnoscere noluit, eò quod pacẽ Lutheranis dedisset. Sed non multum refert, quid Pontifices de Imperatoribus statuant.* 6

1564 Maximilianus *II. Ferdinandi F. anno 1562. coronatur rex Bohemiæ, 20. Sept. Rex Romanorum. 30. Nov. Et sequenti anno 8. Sept. Rex Ungariæ.*

1576 RUDOLPHUS *II. Maximiliani F. hoc anno coronatur Rex Roman. 1. Novemb. Anno sequenti 12. Octob. patri in Imperio succedit. Princeps omni laude dignissimus, literarum asylum, pacis & clementiæ vexillum. Obit 1612. d. 10. Iannuarii.*

1612.

Anni æra Christi, *Anni regim.*

1612 MATTHIAS, *D. Rodolphi II. frater, Rex Hungariæ & Bohemiæ, eligitur Francofurti Imperator, & proclamatur 14. Iunii. Cuius regimen. auspicatum & Ecclesiæ Reiq; publicæ salutaare esse jubeat Deus Opt. Max.*

Anno

MatthIa DVCe AustrIæ regnante.

SYNCHRONISMI Politiarum aliarum.

PLURIMA regna in Quartum imperium incidunt. Perstrinxisse ea satis sit. Non enim historiam scribimus, sed Isagogen seu synopsin tantum.

1. PARTHORUM regnum è præcedente Monarchia durat, ad Imperatorem Alexan. Severum. sub quo Artaxarxes Persa ultimum Arsacidarum (ita Parthici Reges ab Arsace appellabantur) interficit, & regnum rursus ad Persas transfert. *Agath.* &c.

Quæ

Quæ Persarum dynastia perdurat ad annum Christi 631. quo Sarraceni, victo Jezdegird, Persico regno potiti sunt. *Agat. Cedren.*

2. FRANCORUM dynastia secunda constitui potest ab anno 419 quo in Gallias transierunt duce Pharamundo. *Paul. Æmil.* Durat ad Pipinum & Karolidas, Anno Christi 750. *Sigeb. Regin.* qui dynastiam tertiam tenent. Quarta est Hugonidarum, anno 987. *Sigeb* &c. penes quos etiam hodiè regnum est, diversis tamen ramis ex eodem stipite descendentibus gubernatum.

3. SCOTORUM dynastia prima durat ad annum Christi 1370. Inde dynastia secunda Stuartorum hucusq;.

4. WESTGOTTICUM in Hispania. Cujus dynastia 1. anno 381. sub Alarico, qui posteà Romam populatus est, anno 410. *Marcellin. Prosper.* Tandem à Sarracenis regno ejecti, anno 713. circiter, *Sanct.* Dynastiam secundam ruderibus collectis Pellagius constituit anno Christi 716. vel 717. in Asturibus & Legione, *Rod. Toletan.* &c. Dynastian tertiam orditur Ferdinandus primus, rex Asturum, Legionis & Castellæ. Dynastiam quartam Ferdinandus quintus, rex Legionis Castellæ. Arragoniæ, & Siciliæ, hucusque.

5. OSTGOTTICUM in Italia. Wintharii Ostrogottici ducis pronepos Theodoricus Veronensis dictus, jugo Hunnorum excusso in Italia regnat, tempore Zenonis Imperatoris. Occidit Herulorum Regem Odoacrum, qui imperium Occidentale in Augustulo sustulerat. Ultimus rex Ostgottorum Tejas, à Narsete Justiniani duce vincitur, anno Christi 553. *ut Onufr.* habet.

6. HUNNI, (qui postea Hungari, barbara gens in Pannonias è Scythia erumpens, innotuit circa annum Christi

Christi 381. *Vide Sigebert.* Rex inter cæteros Attila, terror gentium, tempore Theodosii Junioris. Ejus filii digladiantes de regno, eodem exuti sunt. Tandem longè pòst anno 744. novam dynastian in Transsylvania, & Ponnonia condiderunt sub ducibus septem (unde septem castra) usque ad annum Christi 1000. quo rex creatus Stephanus ejusdem stirpis Hunicæ, primus Christianus, dynastian tertiam inchoat. Quartam statuere licet anno 1300 ubi reges extranei successerunt, Bohemi, Austriaci hucusque. *Ex Abrah. Bakschay & Sigeberto.*

7. Vandali, de Scythia oriundi, sub Constantino Magno sedibus ejecti, imperio Romano se subjecerunt, pòst in Pannonis sibi concessis pacificè habitarunt, usq; ad annum Christi 410. *Sigeb.* Inde Gallias vastant, Hispanias occupant cum Alanis & Suevis. Post annos ferè 30. sedem figunt in Africa ob metum Westgottorum, ibique commorantur ad tempora Justiniani usq;, annis 95. Cujus Dux Bellisarius Vandalorum regnum delevit, anno 534. *Marcellin. & Exag.*

8. Longobardi (à longis barbis ita dicti, aliâs Winili, *Sigeb*) è Scandinia Scythiæ, anno 382. egressi in Rugiorum insulam, & posteà in Pannoniam, ibi habitarunt usq; ad annum 568. quo in Italiam infusi dynastian secundam incipiunt sub rege Alboino, & ibidem regnant ad annos 206. usque ad Carolum Magnum, qui Desiderio rege ultimo victo, anno 774. finem regno imposuit. *Cranz. & Diacon.*

9 Exarchi Ravennates ab Impp. Constantinopolitanis oppositi Longobardis fuerunt. Eorum gubernatio durat ab anno Christi 569. ad annum 743. *Anast. s.* quo Ravenna à Luitprando rege Longobardico capta. Postea

ab Othone I Imperatore Ravenna Pontifici donata. *Regin.* vel, ut alii volunt, à Ludovico Pio.

10. Suevi, in Gallæcia (parte Hispaniæ) iisdem temporibus quibus Vandali, dynastian instituunt. Tandem à Westgottis, anno Christi 584. evertuntur, *Sigeb. Scal.*

11. Sarraceni vel Arabes Scenitæ, rebellantes Heraclio Imperatori ob denegatum militiæ contra Persas stipendium, ducem creant Mahommedum Pseudoprophetam anno Christi 622. & longè lateq; prædati, Syriam primùm totam, Ægyptum, & Africam in potestatem suam redigunt, atq; ab imperio avellunt. Item Persiam occupant. Quæ dynastia prima durat ad annum Christi 868. quando divisio Caliphatu in Syria & Ægypto dynastia secunda exorta est. Ea ex parte Ægypti, continua successione durat ad annum circiter 1246. æræ Christianæ, quo rerum potiti Servi seu Mamaluci, Sultani Ægypti, usque ad annum 1517. quo Campson & Tomumbejus à Selimo Turca victi, & regnum destructum est. Ex altera parte dynastia Syriæ secunda, per continuam successionem deducitur ad annum Chr. circiter 1260. quando interfectus est Musteazam à Tataro Haleacho. *Hanc continuationem Scaliger prodidit è Sarracenicis Historiis.* Paulò pôst exurgit dynastia nova Osmanidarum seu Turcarum, quod regnum Othmanicum vocant, cujus conditor Osman Sarracenus anno 1297 (*ut Scaliger*) vel 1299 (*ut Leonclav.*) & adhuc durat. Hujus majores Mahumetanam religionem amplexi, principatu Machanensis civitatis potiti fuerunt per annos multos. Osmanis pater Ertucules, vel Otrugarel, vel Erdugryll. (variant enim) obiit anno 1289. cum annos 52. suis præfuisset. Contulerat se ad Aladinem regem Guniæ, vel Caramaniæ, cui (Aladino) Osman in regno successit & dominium

minium in amplissimos fines extendit, *ut in annalibus Turcicis Leonclavii aliisque, latius videre est.*

12. POLONI ab initio duces habere. Dynastiæ ita possunt distingui. I. est Lechidarum. II. Cechidarum. III. Primislai IV. Lesciadarum. Atq; hæ annorum serie carent. V. Piastidarum ab anno Christi 806. juxta nonnullos, usq; ad Boleslaum primum regem ab Othone Imperatore creatum circa annum Christi 1000. Hinc dynastia VI. regum Piastidarum. Dynastia VII. Ungarorum, anno Christi 1371. Dynastia VIII. Jagellonidarum, à Jagellone Lituaniæ Duce anno 1386. Dynastia IX. aliorum ab anno Christi 1573. hucusque, *Ex Alex. Gaguin.*

13. BRITANNIÆ (postea Angliæ) regnum, diu ante Christum floruit per annos 1116. usque ad tempora Cæsaris, quando vectigale factum, & postea in provinciæ formam redactum fuit. Hæc dynastia secunda vocari potest. Durat ad tempora Theodosii Junioris, ubi à Scotis & Pictis gravissimè afflicti Britanni, tandem Anglos & Saxones è Germania evocarunt. Qui re benè gesta, sedem ibi fixerunt, & in septem diversa regna divisi paulatim ipsos Britannos excusserunt. (Hæc dynastia tertia esse potest.) Ac cùm mutuis belllis per multos annos in semet grassati fuissent, tandem anno Christi 800. Egbertus rex Occidentalium Saxonum solus penè rerum potitus, edicto sanxit universam gentem Anglicam nominari. Hæc est dynastia 4. usque ad annum 1017. quo Dani compotes regni facti, per reges numero quinque ordine succedentes, quæ est dynastia 5. Hinc dynastia 6. constitui potest Normannorum anno 1067. evocato Guilelmo conquæstore. Posteà dynastiam 7. Stephanus Comes Blesensis Gallus constituit anno 1136. Unde Stephani adoptivus F. Comes Andegavensis,

Henricus II. dynastian 8. Posteà anno 1185. Comites Wallorum & Richemontani dynastian 9. occupant. Denique licet dynastian 10. Scotorum statuere in Jacobo VI. Scoto. *Ex Hect. Boët.*

14. BOHEMIÆ regnum Zechus frater Lechi (qui Polonicum regnum condidit) ex gente Illyria, domo profugus eam partem Germaniæ occupat, quæ nunc Boëmia dicitur. Ab eo duces incerta annorum serie usq; ad annum Christi 1086. quo Vratislaus II. ab Henrico V. Imperatore, primus regium titulum accepit. Hæc vocari potest dynastia secunda. Quanquam ille titulus non in omnes successores propagatus fuit, usque ad Primislaum II. Regem de novo dictum à Philippo Cæsare anno Christi 1199. post quem omnes reges dicti, continua serie ad hæc usq; tempora. *Ex Ænea Silv. & Dubrav.*

15. DANORUM & SUEONUM & NORVAGIORUM regnum à Magogo Japeti filio Noachi nepote *Joh. Magnus* repetit, qui Scandiam insulam Septentrionalem tenuerit. Japetus Europam, Semus Asiam, Chamus Africam, distribuente Noah obtinuit. Scandia Japeti filio Magogo cessit (quæ tria regna continet, Gothorum (qui posteà Dani dicti à Dane Humbli F.) Sueonum seu Suecorum, Norvagiorum.

Danorum regnum quia caret certa apud probatos Historicos annorum serie, in obscuro est usque ad Ivari tempora circa annum Christi 869. Fuit Dania indigenis regibus gubernata usq; ad Ericum Pomeraniæ ducem, à Margareta waldemari F. adoptatum, anno Christi 1411. *Cranz.* Inde regnum ad Christophorum Bavarum devolvitur, anno 1439. Anno Christi 1448. incipit dynastia Ducum Slesvici, & Holsatiæ, regum Norwegiæ hucusque. Feruntur

runtur extare adhuc Annales manuscripti in Dania, qui si in lucem producti fuerint, certiora edocebunt.

Suecorum regnum sæpè cum Danis unitum antiquis temporibus, plurimùm tamen distinctos reges habuit, sed incerta annorum serie, usque ad Albertum Megalopolitanum, à Margaretha waldemari F. Daniæ Regina captum, Anno 1387. Inde sub Daniæ regibus fuit per multos annos. Tandem ad Gustavum Stenonis Gubernatoris nepotem rediit anno 1523. hucusque.

Norvagia modò per se reges habuit, modo Sueonibus, modo Danis paruit. Et Danis quidem, præcipuè à Margaretha Waldemari filia usque adhæc tempora. *Ex Ioh. Magno, Saxone Gram. Reusn. Geneal.*

16. *Hierosolymorum* reges Christiani à Godefrido Bullioneo rege primo, anno Christi 1099. pulsis Sarracenis. Durat hoc regnum ad Christi annum 1187. quo Selaheddin vel Saladinus Sultanus Sarracenus Ægypti, Hierosolymam recuperat. Unde adhuc à Sarracenis tenetur. *Ex Centur. & Matth. Paris.*

17. *Tatarorum* (ita appellandos monet Leonclav.) sicut barbara, ita incerta est successio, nisi quantum ex *Haitone Armenio* colligi potest. Celebratur hic Temur Chan (Tamerlanem vulgò vocant) qui Baiasithem Turcam captum, in cavea ferrea circumduxit. *Annal. Turc.*

De *Ægypto & Africa*, & *Persia* dictum est in Sarracenis & Parthis.

18. Sunt & alia regna, & principatus ac Respublicę, de quibus singulis agere nimis prolixum foret. Pauca addemus de *Rebus Ecclesiæ*. Non multò post Ascensionem Dominicam, cùm Christianorum (qui primum Antiochię sic dicti *Actor. 11.*) numerus in immensum cresceret, acer-


bissimas persecutiones, numero X. à Nerone usq; ad Constantinum Magnum, Ecclesia novi Testamenti pertulit, quod primum Tempus Ecclesiæ constitui potest. Hoc à nonnullis appellatur *Seculum Violentiæ*. Hinc pace à Constantino reddita, mox à teterrimis Hæreticis, Ario, Donatistis, Macedonianis, Pelagio, Nestorio, Eutyche, aliisque compluribus, intra 130 annos successivè exortis, gravissimè afflicta fuit, quo temporis spacio simul clarissima etiam Ecclesiæ lumina vixerunt, *Athanasius, Hilarius, Basilius, Nazianzenus, Nyssenus, Ambrosius, Epiphanius, Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus, Cyrillus, Theodoretus, Cassianus, Prosper &c.* Hoc secundum Tempus ab aliis appellatur *Seculum Fraudulentiæ*, & deduci potest longiùs, usque ad blasphemam doctrinam Mahometicam, anno Christi 622. cùm paulò antè Papatus in Bonifacio III. à Phocâ confirmatus fuisset, Anno 606. Inde tertium Tempus, (ab aliis *Seculum Violentiæ & Fraudulentiæ simul*, appellatum, constitui potest, quando Arianismus & Mahometismus longè lateq; in Oriente: & superstitiones Pontificiæ in Occidente, cœperunt propagari & augeri per multa secula, multùm etiam juvantibus Shcolasticis ab anno 1160. &c. usque ad reformationem doctrinæq; repurgationem, Martini Lutheri operâ, anno 1517. factam, hucusque.

19. *Res Iudæorum* colophonem imponant. Circa initium Quartæ Monarchiæ Herodes regno Judæorum fuit potitus, & post eum filius Archelaus, qui tandem relegatur, & Judæa à Romanis in provinciam redigitur, quam Præsides gubernant usque ad excidium Hierosolymorum, anno æræ Christianæ 70. Quo Judęi prorsus eversi à Vespasiano. *E Ioseph* Paulò pòst sub Trajano & Adriano rebellant, & gravissimis præliis ad internecionem cæduntur.

Reliqui

Reliqui per totum terrarum Orbem disperguntur: ex *Dione*. in quâ captivitate populus occęcatus adhuc (juxta Prophetarum vaticinia) oberrat *navenad* absq; ulla spe restitutionis, & oberrabit ad mundi finem.

FINIS.



Anni æra Christ.	Anni regiminis.	Synchronismi Virorum & eventorum.
	inclytus heros. In dissensione Electorum creatus, quorum alii Fridericum Austriacum Alberti F. elegerant. Unde gravissimum bellum ortum. Tandem post multa prælia captus Fridericus, & transactione facta dimissus. Formulam transactionis ex Archivis Viennensibus eruit Cuspinianus in qua Friderico conceditur titulus Imperatoris, & ita convenitur, ut utrique jus sit diplomata condere, adjuncto alterius nomine, &c. Porrò Ludovicus fortiter & animosè restitit injustis Pontificum ausibus: & gravi oratione Francofurti in Comitiis habitâ, ostendit,	*Nicolaus de Lyra. Guilielmus Occam. Franciscus Petrarcha. Nicephorus Gregoras. Ioh. Taulerus concionator Argentoratensis.*

quàm

Anni æra Christ.	*Anni regim.*	Synchronismi virorum & eruditorum.
	quam nihil juris Pontificii sit in Imperium Deponit etiam Ioannem 22. & substituit Nicolaum V. 33	
1346	Carolus IV. *Henrici 7. nepos, filius Iohannis regis Boëmiæ. In cujus electione iterum dissensio. Nam* Eduardus *Angliæ rex, & posteà* Fridericus *Marchio Misniæ, itemque* Gunterus *Comes Schwartzoburgensis contra eum electi. Eduardus recusat. Fridericus auro persuasus etiam recusat. Gunterus veneno tollitur. Hic Carolus, acceptis donis, res imperii per Italiam vehementer diminuit. Vnde à non-*	*Ioh. Wiclephus.* *Bartolus.* *Baldus.* *Maximus Planudes.* *Ioh. Bocatius.*

Anni æræ Christi.	*Anni regiminis.*	Synchronismi virorum & eventuum.
	nullis imperii vitricus nominatur. Saluberrimam tamen Bullam Auream promulgavit. 32	
1378	Wenceslaus *Fil Caroli IV. largitionibus impetrato consensu à patre designatur successor. Ignavus & Reipubl. supinè negligens: Deponitur ab Electoribus, cum nullæ monitiones proficerent.* 22	*Iohan. Froßardus, historicus.*
1400	Rupertus Palatinus, *in locum Wenceslai surrogatus. Voluit emendare quæ Wenceslaus peccaßet in concessione ducatus Mediolanensis & Insubriæ sed impeditus fuit. Sepultus* Heidelbergæ. 10	
1410	Jodocus Marchio Moraviæ, *brevi obit.*	
1411	Sigismundus *filius alter Caroli IV. industrius princeps, Conci-*	Concilium Constantiense. *Iohannes Huß. (gensis. Ioha. Gerson. Hieronymus Pra-*

lium

Anni æra Christ.		*Anni regim.*	Synchronismi Virorum & eventorum.
	lium Constantiensem indixit. Posteà infelici bello Hussitico implicitus fuit.	*26.m.8*	*Ioh. Turrecremata.* *Typographica ars inventa in Germania.* *M.Palmerius.*
1438	Albertus Austriacus *Sigismundi gener uno & eodem anno fit rex Boëmiæ, & rex Hungariæ, & Imperator Romanus, ter Coronatus. Obit ex immodico peponum esu, sepultus in alba Regali.*	*2*	
1440	Fridericus IV. Austriacus. *Italiam ingressus à Pontifice coronatur, & nihil innovat, territus fortè exemplis antecessorum. Commendatur ob studium sobrietatis & odium ebriatatis. Aliquot bellis implicitus tandem obit annos natus 78.*	*53.m.4*	*Clades ad Varnam in Hungaria.* *Theod.Gaza.* *G.Trapezuntius.* *B.Platina.*
1493	Maximilianus I. *filius Friderici, bellicosissi-*		*Innumeri alii viri celebres; quos hac pagina non capit,*

Anni æra Christ. | Anni regiminis.

mus princeps succedit patri, cũ ante Septenniũ jam designatus ad Imperium fuisset. Maxima bella gessit, cũ Helvetiis, Bavaris, Venetis (in quo bello cõfœderati Imper. Papa & Rex Galliæ, ubi mirabile ingenium Papæ cognitũ fuit) Gallis. 25. m 6. & alioquin satis noti unicuique sunt.

1518 CAROLUS V. magnanimus heros. Cujus acta nota sunt. Tandem abdicat se Imperio. 38. m 7

1558 Ferdinandus Caroli frater, quẽ Papa pro Imperatore agnoscere noluit, eò quod pacẽ Lutheranis dedisset. Sed non multum refert, quid Pontifices de Imperatoribus statuant. 6

1564 Maximilianus II. Ferdinandi F. anno 1562, coronatur rex Bohemiæ, 20. Sept. Rex Romanorum. 30. Nov. Et sequenti anno 8. Sept. Rex Ungariæ.

1576 RUDOLPHUS II. Maximiliani F. hoc anno coronatur Rex Roman. 1. Novemb. Anno sequenti 12. Octob. patri in Imperio succedit. Princeps omni laude dignissimus, literarum asylum, pacis & clementiæ vexillum. Obit 1612. d. 10. Iannuarii.

Anni æra Christi,	*Anni regim.*
1612	MATTHIAS, D. *Rodolphi II. frater, Rex Hungariæ & Bohemiæ, eligitur Francofurti Imperator, & proclamatur 14. Iunii. Cuius regimen. auspicatum & Ecclesiæ Reiq́; publicæ salutaare esse iubeat Deus Opt. Max.*

Anno

MatthIa DVCe AustrIæ regnante.

SYNCHRONISMI
Politiarum aliarum.

PLURIMA regna in Quartum imperium inciderunt. Perstrinxisse ea satis sit. Non enim historiam scribimus, sed Isagogen seu synopsin tantum.

1. PARTHORUM regnum è præcedente Monarchia durat, ad Imperatorem Alexan. Severum. sub quo Artaxarxes Persa ultimum Arsacidarum (ita Parthici Reges ab Arsace appellabantur) interficit, & regnum rursus ad Persas transfert. *Agath.* &c. Quæ

Quæ Persarum dynastia perdurat ad annum Christi 631. quo Sarraceni, victo Jezdegird, Persico regno potiti sunt. *Agat. Cedren.*

2. FRANCORUM dynastia secunda constitui potest ab anno 419 quo in Gallias transierunt duce Pharamundo. *Paul. Æmil.* Durat ad Pipinum & Karolidas, Anno Christi 750. *Sigeb. Regin.* qui dynastiam tertiam tenent. Quarta est Hugonidarum, anno 987. *Sigeb* &c. penes quos etiam hodiè regnum est, diversis tamen ramis ex eodem stipite descendentibus gubernatum.

3. SCOTORUM dynastia prima durat ad annum Christi 1370. Inde dynastia secunda Stuartorum hucusq;.

4. WESTGOTTICUM in Hispania. Cujus dynastia 1. anno 381. sub Alarico, qui posteà Romam populatus est, anno 410. *Marcellin. Prosper.* Tandem à Sarracenis regno ejecti, anno 713. circiter, *Sanct.* Dynastiam secundam ruderibus collectis Pellagius constituit anno Christi 716. vel 717. in Asturibus & Legione, *Rod. Toletan.* &c. Dynastian tertiam orditur Ferdinandus primus, rex Asturum, Legionis & Castellæ. Dynastiam quartam Ferdinandus quintus, rex Legionis Castellæ. Arragoniæ, & Siciliæ, huc-usque.

5. OSTGOTTICUM in Italia. Winthariі Ostrogottici ducis pronepos Theodoricus Veronensis dictus, jugo Hunnorum excusso in Italia regnat, tempore Zenonis Imperatoris. Occidit Herulorum Regem Odoacrum, qui imperium Occidentale in Augustulo sustulerat. Ultimus rex Ostgottorum Tejas, à Narsete Justiniani duce vincitur, anno Christi 553. *ut Onufr.* habet.

6. HUNNI, (qui postea Hungari, barbara gens in Pannonias è Scythia erumpens, innotuit circa annum Christi

Christi 381. *Vide Sigebert.* Rex inter cæteros Attila, terror gentium, tempore Theodosii Junioris. Ejus filii digladiantes de regno, eodem exuti sunt. Tandem longè pòst anno 744. novam dynastian in Transsylvania, & Ponnonia condiderunt sub ducibus septem (unde septem castra) usque ad annum Christi 1000. quo rex creatus Stephanus ejusdem stirpis Hunicæ, primus Christianus, dynastian tertiam inchoat. Quartam statuere licet anno 1300 ubi reges extranei successerunt, Bohemi, Austriaci hucusque. *Ex Abrah. Bakschay & Sigeberto.*

7. VANDALI, de Scythia oriundi, sub Constantino Magno sedibus ejecti, imperio Romano se subjecerunt, pòst in Pannonis sibi concessis pacificè habitarunt, usq; ad annum Christi 410. *Sigeb.* Inde Gallias vastant, Hispanias occupant cum Alanis & Suevis. Post annos ferè 30. sedem figunt in Africa ob metum Westgottorum, ibique commorantur ad tempora Justiniani usq;, annis 95. Cujus Dux Bellisarius Vandalorum regnum delevit, anno 534. *Marcellin. & Exag.*

8. LONGOBARDI (à longis barbis ita dicti, aliâs Winili, *Sigeb*) è Scandinia Scythiæ, anno 382. egressi in Rugiorum insulam, & posteà in Pannoniam, ibi habitarunt usq; ad annum 568. quo in Italiam infusi dynastian secundam incipiunt sub rege Alboino, & ibidem regnant ad annos 206. usque ad Carolum Magnum, qui Desiderio rege ultimo victo, anno 774. finem regno imposuit. *Cranz. & Diacon.*

9 EXARCHI Ravennates ab Impp. Constantinopolitanis oppositi Longobardis fuerunt. Eorum gubernatio durat ab anno Christi 569. ad annum 743. *Anast. s.* quo Ravenna à Luitprando rege Longobardico capta. Postea

ab Othone I Imperatore Ravenna Pontifici donata. *Regin.* vel, ut alii volunt, à Ludovico Pio.

10. SUEVI, in Gallæcia (parte Hispaniæ) iisdem temporibus quibus Vandali, dynastian instituunt. Tandem à Westgottis, anno Christi 584. evertuntur, *Sigeb. Scal.*

11. SARRACENI vel Arabes Scenitæ, rebellantes Heraclio Imperatori ob denegatum militiæ contra Persas stipendium, ducem creant Mahummedum Pseudoprophetam anno Christi 622. & longè lateq; prædati, Syriam primùm totam, Ægyptum, & Africam in potestatem suam redigunt, atq; ab imperio avellunt. Item Persiam occupant. Quæ dynastia prima durat ad annum Christi 868. quando diviso Calliphatu in Syria & Ægypto dynastia secunda exorta est. Ea ex parte Ægypti, continua successione durat ad annum circiter 1246. æræ Christianæ, quo rerum potiti Servi seu Mamaluci, Sultani Ægypti, usque ad annum 1517. quo Campson & Tomumbejus à Selimo Turca victi, & regnum destructum est. Ex altera parte dynastia Syriæ secunda, per continuam successionem deducitur ad annum Chr. circiter 1260. quando interfectus est Musteazam à Tataro Haleacho. *Hanc continuationem Scaliger prodidit è Sarracenicis Historiis.* Paulò pòst exurgit dynastia nova Osmanidarum seu Turcarum, quod regnum Othmanicum vocant, cujus conditor Osman Sarracenus anno 1297 (*ut Scaliger*) vel 1299 (*ut Leonclav.*) & adhuc durat. Hujus majores Mahumetanam religionem amplexi, principatu Machanensis civitatis potiti fuerunt per annos multos. Osmanis pater Ertucules, vel Otrugarel, vel Erdugryll. (variant enim) obiit anno 1289. cum annos 52. suis præfuisset. Contulerat se ad Aladinem regem Guniæ, vel Caramaniæ, cui (Aladino) Osman in regno successit & dominium

minium in amplissimos fines extendit, *ut in annalibus Turcicis Leonclavii aliisque, latius videre est.*

12. POLONI ab initio duces habere. Dynastiæ ita possunt distingui. I. est Lechidarum. II. Cechidarum. III. Primislai IV. Lesciadarum. Atq; hæ annorum serie carent. V. Piastidarum ab anno Christi 806. juxta nonnullos, usq; ad Boleslaum primum regem ab Othone Imperatore creatum circa annum Christi 1000. Hinc dynastia VI. regum Piastidarum. Dynastia VII. Ungarorum, anno Christi 1371. Dynastia VIII. Jagellonidarum, à Jagellone Lituaniæ Duce anno 1386. Dynastia IX. aliorum ab anno Christi 1573. hucusque, *Ex Alex. Gaguin.*

13. BRITANNIÆ (postea Angliæ) regnum, diu ante Christum floruit per annos 1116. usque ad tempora Cæsaris, quando vectigale factum, & postea in provinciæ formam redactum fuit. Hæc dynastia secunda vocari potest. Durat ad tempora Theodosii Junioris, ubi à Scotis & Pictis gravissimè afflicti Britanni, tandem Anglos & Saxones è Germania evocarunt. Qui re benè gesta, sedem ibi fixerunt, & in septem diversa regna divisi paulatim ipsos Britannos excusserunt. (Hæc dynastia tertia esse potest.) Ac cùm mutuis belllis per multos annos in semet grassati fuissent, tandem anno Christi 800. Egbertus rex Occidentalium Saxonum solus penè rerum potitus, edicto sanxit universam gentem Anglicam nominari. Hæc est dynastia 4. usque ad annum 1017. quo Dani compotes regni facti, per reges numero quinque ordine succedentes, quæ est dynastia 5. Hinc dynastia 6. constitui potest Normannorum anno 1067. evocato Guilelmo conquæstore. Posteà dynastiam 7. Stephanus Comes Blesensis Gallus constituit anno 1136. Unde Stephani adoptivus F. Comes Andegavensis,

Henricus II. dynastian 8. Posteà anno 1185. Comites Wallorum & Richemontani dynastian 9. occupant. Denique licet dynastian 10. Scotorum statuere in Jacobo VI. Scoto. *Ex Hect. Boët.*)

14. Bohemiæ regnum Zechus frater Lechi (qui Polonicum regnum condidit) ex gente Illyria, domo profugus eam partem Germaniæ occupat, quæ nunc Boëmia dicitur. Ab eo duces incerta annorum serie usq; ad annum Christi 1086. quo Vratislaus II. ab Henrico V. Imperatore, primus regium titulum accepit. Hæc vocari potest dynastia secunda. Quanquam ille titulus non in omnes successores propagatus fuit, usque ad Primislaum II. Regem de novo dictum à Philippo Cæsare anno Christi 1199. post quem omnes reges dicti, continua serie ad hæc usq; tempora. *Ex Ænea Silv. & Dubravi.*

15. Danorum & Sueonum & Norvagiorum regnum à Magogo Japeti filio Noachi nepote *Joh. Magnus* repetit, qui Scandiam insulam Septentrionalem tenuerit. Japetus Europam, Semus Asiam, Chamus Africam, distribuente Noah obtinuit. Scandia Japeti filio Magogo cessit, quæ tria regna continet, Gothorum (qui posteà Dani dicti à Dane Humbli F.) Sueonum seu Suecorum, Norvagiorum.

Danorum regnum quia caret certa apud probatos Historicos annorum serie, in obscuro est usque ad Ivari tempora circa annum Christi 869. Fuit Dania indigenis regibus gubernata usq; ad Ericum Pomeraniæ ducem, à Margareta waldemari F. adoptatum, anno Christi 1411. *Cranz.* Inde regnum ad Christophorum Bavarum devolvitur, anno 1439. Anno Christi 1448. incipit dynastia Ducum Slesvici, & Holsatiæ, regum Norwegiæ hucusque. Feruntur

runtur extare adhuc Annales manuscripti in Dania, qui si in lucem producti fuerint, certiora edocebunt.

Suecorum regnum sæpè cum Danis unitum antiquis temporibus, plurimùm tamen distinctos reges habuit, sed incerta annorum serie, usque ad Albertum Megalopolitanum, à Margaretha waldemari F. Daniæ Regina captum, Anno 1387. Inde sub Daniæ regibus fuit per multos annos. Tandem ad Gustavum Stenonis Gubernatoris nepotem rediit anno 1523. hucusque.

Norvagia modò per se reges habuit, modo Suecoibus, modo Danis paruit. Et Danis quidem, præcipuè à Margaretha Waldemari filia usque adhæc tempora. *Ex Ioh. Magno, Saxone Gram. Reusn. Geneal.*

16. *Hierosolymorum* reges Christiani à Godefrido Bullioneo rege primo, anno Christi 1099. pulsis Sarracenis. Durat hoc regnum ad Christi annum 1187. quo Selaheddin vel Saladinus Sultanus Sarracenus Ægypti, Hierosolymam recuperat. Unde adhuc à Sarracenis tenetur. *Ex Centur. & Matth. Paris.*

17. *Tatarorum* (ita appellandos monet Leonclav.) sicut barbara, ita incerta est successio, nisi quantum ex *Hartone Armenio* colligi potest. Celebratur hic Temur Chan (Tamerlanem vulgò vocant) qui Baiasithem Turcam captum, in cavea ferrea circumduxit. *Annal. Turc.*

De *Ægypto & Africa, & Persia* dictum est in Sarracenis & Parthis.

18. Sunt & alia regna, & principatus ac Respublicæ, de quibus singulis agere nimis prolixum foret. Pauca addemus de *Rebus Ecclesiæ.* Non multò post Ascensionem Dominicam, cùm Christianorum (qui primùm Antiochiæ sic dicti *Actor. 11.*) numerus in immensum cresceret, acer-